

L 5-17

last year. Sights in 1908
Saw one £12

15

35.



DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room

MARCI ZUERII BOXHORNII
ORIGINUM
GALLICARUM
LIBER.

In quo veteris & nobilissimæ Gallorum
gentis origines, antiquitates, mores, lingua & alia
eruuntur & illustrantur.

Cui accedit

ANTIQUÆ
LINGUÆ BRITANNICÆ
LEXICON
BRITANNICO-LATINUM,

Cum adjectis & insertis

Eiusdem Authoris ADAGIIS BRITANNICIS
sapientiae veterum Druidum reliquiis, & aliis Antiquitatis
Britannica Gallicaque nonnullis monumentis.



AMSTELODAMI,

Apud JOANNEM JANSSONIUM.

1654.

W. H. G. & Co. -
125 W. 23rd Street
New York
Manufacturers of
Cigars, Cigarettes,
Tobacco, Snuff, Pipe
Leather, etc.
Also
Manufacturers of
Cigars, Cigarettes,
Tobacco, Snuff, Pipe
Leather, etc.
Also
Manufacturers of
Cigars, Cigarettes,
Tobacco, Snuff, Pipe
Leather, etc.

RBR

B7860

NOBILISSIMIS ET AMPLISSLIMIS

ACADEMIAE LUGDUNO- BATAVÆ CURATORIBUS.

D. AMELIO à BOUCKHORST, WIMMENUMIAE
TOPARCHÆ ORDINIS EQUESTRIS NOBILI-
LISSIMO VIRO. RHENO LANDIAE AGGER-
RUMQUE EIUS PRÆFECTO. GENERALIUM
FOED. BELGII ORDINUM SENATUS ASSES-
SORI.

D. GERHARDO SCHAEP Equiti, AMSTELO-
DAMENSIA REIP. EXCONSULI. FOED. BEL-
GII ORD. à CONSILIIS ET EXLEGATO.

D. CORNELIO à BEVEREN Equiti. STE-
VELSHOECKIAE, WESTISELMONDÆ &c. TO-
PARCHÆ. REIP. DORDRACENÆ EXCONSUL-
LI ET FOEDER. BELGII ORDINUM EXLE-
GATO.

EORUNDEMQUE COLLEGII.

D. PAULO SWANENBURG JC.

D. NICOLAO VAN DER MEER.

D. JOH. VAN DER MAERSCHE.

D. GUILHELMO WARMONT.

REIP. LEIDENS.

Coss.

EIUSDEMQUE SYNDICO AC CURATORUM
SECRETARIO

D. JOH. à WEVELICHOVEN JC.

D E D I C A T I O.



Pus posthumum patris nostri, V. Cl. *M. Zuerii Boxhornii*, de Originibus Gallicis, quod vivus nomini vestro & honori destinaverat munus levidense, ipso jam rebus humanis exempto, representamus, & pieta erga defunctum & debita gratitudine erga vos, Viri Nobilissimi & Amplissimi, impulsi. Neque dubitamus, quin quo affectu superstitem & publicis Academiæ Lugduno-Batavæ commodis pro virili invigilantem complexi fuistis, id vobis, qui tot alia ab eo benevolè acceperistis, gratissimum futurum sit. Solet etiam Solis jam occidentis suavior esse aspectus; & clarorum virorum in quibus defecerunt atque expirarunt opera maiorem quasi commendationem merentur, quia plura & meliora ab illis imposterum expectari nequeunt. Quanto vos semper

DEDICATIO.

per cultu & obsequio veneratus fuerit
parens noster, fama publica & pulcher-
rium testimonium, vester tam proli-
xus erga ipsum & magnificus animus te-
statur. Quare fiducia præteriorum eò
audentiores hoc ultimum monumentum
sacrario vestro intulimus, pro quorum
incolumitate nil nisi innocentia vota &
preces penes nos sunt. Deus vos Patriæ
& Academiæ diu incolumes servet. Ita
ex animo vovent

Liberi orphani BOXHORNIANI.

GEORGIUS HORNIUS

Lectori Benevolo

S. D.



Pus Gallicarum originum, morte V. Cl. M. ZUERII
BOXHORNI, abruptum imperfectumque tibi exhibemus, Amice Lector, satius rati te qualibusunque,
quam nullis, frui. Et penes nos quidem non est, que de-
siderantur, supplere; solus id poterat præstare author
qui Scythicam Linguam primus, tanquam matrem reliquarum, in
Occidente in medium produxit, & ex illa, non vero Phœnicia, gen-
tium vocumque Origines, derivari voluit. Ut vero rectius intelli-
gas, quid de Lingua Scythica senserit, ejus tibi opiniones & cogita-
ta paucis exponam: sape enim & familiariter mihi, quibus nite-
retur fundamentis, exposuit, ac quo animo Cl. BOCHARDI
Phœnicia examinanda constituerit. Cum A. Ch. Cl. I^oC XLVI
ex Anglia redux ipsum officii & honoris ergo salutarem, tum forte ex
gravi^{ssimo} convalescentem morbo reperi: cumque virium debilitas
conuetos in Academia labores nondum ferret, neque tamen domi
otiosus omnino desidere posset, ut longi temporis tedia falleret,
Origines vocabulorum Belgicorum examinare cœpit. Vedit innu-
mera vocabula, Germanis, Latinis, Gracis & aliis per Europam
nationibus, communia esse. Inde conjiciebat à communi fonte eam
similitudinem profectam, id est eadem omnium illarum gen-
tium Origine. Displicerunt Goropii & Schrickii conatus, neque
satisfaciebant nouæ Cl. BOCHARDI, pro Phœnicibus, ma-
chinationes. Quare alia via rem aggressus, communem quandam
Linguam, quam Scythicam vocabat, matrem Græcæ, Latinae,
Germanicae & Persicæ statuit, ex qua ille velut Dialetti, profi-
ciscantur. Non ergo vel Latinos à Gracis, vel hos à Germanis, que
communia inter se habent, hauisse, sed ab eadem, id est Scythica
origine. Hi ipsius conatus cum in publicum emanassent, mul-
tis ipsa novitate mirabiles videbantur. Quidam præcipiti judicio
labores

A D L E C T O R E M.

labores ejus in universum damnabant, quod vel nulla Lingua Scythica communis fuisset, vel saltem penitus oblitterata nobisque incognita esset. Hi dicebant eum novam linguam, suo arbitratu, crudere. Alii fatebantur, quidem ejusmodi olim linguam fuisse; ceterum negabant inde Gracos vel Latinos sua vocabula accepisse; nam de Germanis, utcumque id fieri potuisse, fatebantur. Quæ quidem præjudicia non absterruerunt Cl. V. ut vel ab opinione ua semel concepta desisteret, vel cœptum opus abrumperet: quin magis inflammatus fuit ut cunctas Linguas earumque Lexica, cum cura & studio, excenteret, unde silvam infinitarum vocum congeffit, ex quarum collatione suam de Lingua Scythica opinionem sibi stabilire posse videbatur. Et animum in proposito ipsius obfirmavit, quod Magnum illum Salmasium, nuper ingenti damno Reip. literaria eruptum in eadem ferè sententia versari ex Comentario de Lingua Hellenistica deprehendisset.

Lingua igitur Scythica apud antiquos notissima fuit ut & ipsa gens Scythurum, que Septentrionales Asia & Europe populos complectebatur. Antiquissima enim Orbis divisio in tres partes fuit, quarum media Græciam, Italiam, Asiam competitebatur; Septentrionalis Scythia, Australis Æthiopia dicebatur. Strabone teste. Scythurum iis genera Arimaspi, Sarmatæ, Hyperborei, Salæ, & Massagetae ut idem author libro xi. refert. Sub Hyperboreis Hispanos, Gallos, Germanos, Illyricos, Britanos complectebantur, que nationes in universum Celtæ vel Celto Scythæ.

Iam vero omnes hos Celto Scythes, id est Illyrios, Germanos, Gallos, Hispanos, Britannos, Suecos, Norvagos, una lingua usos, ex professo Vir diligens Phil. Cluverius ostendit, ac tum auctoritate veterum, tum populorum appellationibus, nominibus, propriis & aliis, que communia habebant, rerum vocabulis probavit. Alii vero, quos inter etiam Salmasius, Germanos à Getis & Dacis Ponticis ortos, statuunt. Hi autem ipsissimi Scythæ veterum & ipsorum lingua ea, quam Boxhornius, Scythicam vocabat. Ejus frequenter Herodotus meminit, veluti cum Amazonum nomen

A D L E C T O R E M.

nomen inde derivat: Τὰς Αμάζονας καλέγοι Σκύθας Αἰορπατός: δύναται δὲ τὸ ὄνομα τῷ τοῦ Κατῆλλα γλῶσσαν ἀνδροκόνον. Αἱρετοὶ καλέσθησαν τὸν ἄνδρα, τὸ δὲ παιδί πλείουν. Ita Σκυθισὶ Ἰσίν, Ταβεῖτι. Ζεῦς παπᾶς, τῇ ἀπίᾳ Απόλλων Οἰτόσυρος, Ποσειδάων Θαριμασιδῆς, Οὐεγνή Αφροδίτη Αρτίμητα. Et hujus generis complura extant. Fuit enim Herodoto Scytharum gens & lingua non incognita, quod paullo ante Asiam viginti octo annis obtinuissent ac passim servirent. Neque sane aliunde nomen hoc, quam à Kithis, qui hodieque Cataini proflixit. Sic Kitii populi Scythiae circa mare Caspium apud Strabonem. Hinc Αἴολες pro Kithis Σκύθας dixerunt, quemadmodum, Stephano teste, pro κύμασις, Σκύμαρες. Nec alii à Kithis Getae qui & Gotthi. Nam quod Eustathius Scytharum nomen παρὰ τὸ σκύτος & ex Græco derivat, insubidum vanumque est. Harum igitur gentium lingua Scythica fuit toti ferè Occidenti communis. Ex qua Herodotus alibi quoque vocabulum Αμαζάμπης vel ut alia exemplaria legunt E. Εξαμπτοῦσα deducit, quod sit υρήνη Σκυθισὶ καὶ τῶν Ἑλλήνων γλῶσσαν. Ιερὴ ὁδὸς. Apud Euripidem in Oreste extat Αμαζήρη, quod Scholiastes ex Leophoro ὁδὸν δημοσίαν, id est publicam viam, explicat. In Etymologico magno Σειληνὸς est Χοιροβοστίος, cumque author non intelligeret linguam Scythicam sive Germanicam, Μετάθετον λατīn p̄ finxit. Sic Σανάπην τῶν ὄντων Σκύθας, Hesychio. Ita enim legendum esse Vossius Iunior monuit. Scholiastes Apollonii: οἱ μέθυσαι Σανάπαι λέγονται παρὰ Θερζίων ἡ Διαλέκτῳ Χρῶνται καὶ Αμάζονες. Qui locus valde memorabilis est & ad linguae Scythicae meliorem intellectum apprimē necessarius. Vnde patet Thracum, Scytharum sive Getarum & Amazonum unam eandemque fuisse linguam, ac proculdubio omnium initio Sytharum Occidentalium: postea enim, ut novae gentes suborta, ita linguae quoque variata sunt. Sic antiquam lingua Græcorum plane extinctam fuisse testantur, in cuius locum Hellenica successerit, sic tamen ut multa vocabula prisca retineret. Ita antiquissima linguarum Occidentis matrix est Scythica illa, recentiores vero tres, Hellenica sive Macedonica unde Græcae, Illyrica unde Slavonica, Getica,

AD L E C T O R E M.

Getica, Thracica, Dacica & Danica, unde Germanice dialecti.
In universum autem de Slavonica & Getica sive Gothicā lingua aliquid dicemus. Hanc posterior etas, maxime in Scandinavia, Runicam appellavit, ejusque characteres Runas, quas ad Ebraicos proxime accessisse volunt. Ha literæ Runicæ in Suecia usque ad A. Ch. c I o obtinuerunt, & tum demum ab Olao Rege, suasu Sylvestri Papæ Rom. in publicis regni Comitiis abrogatae, omnesque libri illius scripti, quod idololatriæ præcepta continerent combusti sunt. Sic Latinæ literæ apud Gothos obtinuerunt, à quibus diversa Runicae. Nec enim assentire possumus Salmasio qui Runicas quasi Rumicas, id est Romanas dictas vult, quasi eadem cum Romanis sive Latinis fuissent. Runica igitur lingua eadem planè cum Thracica veteri, Getica & Dacica fuit, quas omnes, uno nomine, Scythicam Linguam dixerunt, quod illæ gentes communi Scytharum nomine censerentur. Ab hac diversa fuit lingua Sarmatica, omnium per Asiam & Europam amplissima, quæ cum certo charactere hactenus caruisset, Hieronymus Dalmata scripturam reperit Buchcoizam, nomine nescio unde sumto, dictam, Cyrillus aliam, quæ ab ipso Cyrulvissa audit. Horum Sarmatarum linguam eandem cum Colchica fuisse hinc intelligimus; quia pars Colchorum in Illyrico consedit & Epiro, qui Pole dicti quorum Callimachus, teste Strabone, meminit, & Lycophron his verbis: Συνοίης δέξεται Κέλχων Πόλαις. Ita autem Colchi hi, quod sede migrassent, sua lingua dicti sunt. Πόλαι enim, ut ibidem Strabo tradit, Colchis exules vocantur. Quæ sane, paucis animadversa, veram & hactenus in cognitam amplissima Polonorū gentis originem pandunt. Nam quod vulgo Polonis à Scythica voce Pole, quæ planitem significat, dictos volunt, propterea quod illa Sarmatia Europæ ferè tota in planitem patentissimam porrigitur, id non nisi ex vulgi opinione profectum ac propterea arguendum est, quod cum aliā illius gentis originem non noscent, hinc allusione facta,
**
dictos

AD L E C T O R E M.

dictos putarint. Constat initio inter omnes , Polonorum gentem ex Illyrico profectam , Duce Lecho , unde Lechi hodieque appellantur , sicut Bohemi sive Bæmi Zechi , ut ex Ioh. Cinnamo multis locis patet. Porro in Illyrico gentem à Colchis profectam Polas fuisse , Strabo nos docuit , à quibus Polonorum in Sarmatia nomen derivatum , cum in ea loca migrassent , qui est qui ambigere queat ? Nam Asiaticæ originis Polonus esse , vestitus laxus & togatus ostendit , qualis & Colchorum fuit. Neque sermo Colchorum priscus à Sarmatico alias ; hodieque enim Tzerkassii ad mare Caspium Russis Colchisque vicini Sarmatico sermone utuntur. Ita Colchi patria extorres , Polæ dicti sunt , sicut eadem de causa Scytharum pars in Parthorum , id est exulum nomen , migravit. Igitur harum gentium antiquissima lingua fuit illa Scythica , quam author noster putabat matrem Europeanæ statuendam. In cuius tamen explicatione dubium non est , quin veteres sape decepti fuerint. Veluti cum Arimaspos ab uno oculo dictos tradunt , quod ut Eustathius in Dionysium tradit , Ἄσπα sit τὸ ἐν Συνθήκῃ μαρτός δὲ ὁ φθαλός. At quanto probabilius ab equitandi perpetuo studio ac consuetudine ita dictos ; neque à voce Maspos , sed Aspa , quod equum vel equitem hodieque Persis significat. Nam notum est quid de Parthis eorumque equestrí vita tradant authores veteres . Sed non nunc vacat his prolixius immorari , quod in Veteri Geographia propediem faciemus. Id nunc monuisse sufficit longè visum convenientius Boxhornio à Scythis Origines , ut gentium , in Occidente , ita linguarum petere , neque in Orientem ad Phœnices recurrentum. Qui non nisi illic locis nomina sua imposuerunt quæ coloniis occupaverant , veluti in Africa , Hispania & Grecia quibusdam partibus factum , non passim omnibus quæ mercaturæ causa , nullo manendi studio , ut fieri solet , frequentabant. Idem hodie à Belgis , Anglis & Hispanis observatur. Qui utcumque sua vocabula locis imponantur , ea tamen peculiaria ipsis , non communia

A D L E C T O R E M.

munia omnibus nationibus sunt. Cl. Bochartus , in majorem opinioni suæ filiem conciliet , Græcos cunctam orbis , maxime exterioris Europæ notitiam à Phœnicibus hausisse vult. Quod neutquam ita se habet. Nam Phœnices neque primi , neque soli illa maria navigarunt. In Catalogo eorum qui maris Imperio ordine positi sunt , Phœnices non nisi septimum vel octavum locum obtinent ac eorum Ἰαλαπονερτία demum in tempora Vzia Regis Iude incidit. Primi omnium Cretenses maritima potentia excelluerunt, de quibus Seneca :

O magna vasti Creta dominatrix freti,
Cujus per omne littus innumeræ rates
Tenuere pontum, quidquid Assyria tenuis,
Tellure Nereus pervium rostris secat.

Cretensibus Lydi , his Pelasgi , deinde Thraces , Rhodii , Phryges Cyprii successere. Quærere jam libet , an illos qui ante Phœnices maria obtinuerunt , nomina locis imposuerint nec ne ? Quod cur negetur causa planè nulla est ; omnibus enim id naganibus solempne est , nomina locis vel imponere , vel ab aliis imposta accipere. Illa igitur quæ Cretenses , cum Imperio maris potirentur , imposuerunt nomina , quomodo iterum exciderunt aut abolita sunt à gente externa & barbara , quales Phœnices ? Aut credine potest Græcos , gentem ambitiosissimam , paſſos peregrina Phœnicum nomina , cum domestica ſuppeterent ? Phœnices igitur cum extra Europam navigarent , nominagentium locorumque qualia reperiebant , etiam retinebant. Sic cum Britanni quod toto corpore picturati effent , sua lingua , id est Cambrica Prith , Romana Piæti dicerentur , idem Britannorum nomen Phœnices retinuerunt , non vero à stanni proveni tu eam insulam ברת אן , id est agrum plumbi vocarunt. Hiberni ſeſe Iros vocant , insulam Eryn , quod Cambrice Occidens.

A D L E C T O R E M.

dens. *Quis hic locus Bochardiano ? עבר נארן Ita Thules nomen potius ab Yla qui quæ hodieque una Hebridun quam à Phœnicio טולי derivandum. Atque in his examinandis occupata fuisse Cl. Boxhornii, si fata permisissent, industria*

Quem quoniam non æqua mihi vobisque negarunt,

hoc qualicunque auctario Origenes ipsius Francias, ita rogante Typographo, obsignare visum, cum aliæ occupationes & temporis angustia neque prolixiorem neque accuratierem esse fineret. Vale Lector Benevole, & his, qualiacunque sint, fruere. Ludg. Batav. Kal. Jun. cIc loc. li.v.

MARCI

MARCI ZUERII BOXHORNII
ORIGINUM
GALLICARUM
LIBER.

*In quo veteris & nobilissimae Gallorum gentis origines,
antiquitates, mores, lingua & alia, eruuntur
aut illustrantur.*

A

ЛИТОНСКОЕ ПЛЕЧО ВОДЫ

МУЖЕСТВО

МАСТЕРСТВО

ХРАМ

жизни и смерти
жизни и смерти
жизни и смерти

A

MARCI ZUERII BOXHORNII
 DE
 VETERUM GALLORUM
 ORIGINE
 LIBER.

C A P U T I.

Origines gentium obscuræ. Ejus rei ratio. Quomodo certiores possint investigari. Easdem diversarum gentium linguas, easdem eorum origines haud obscure testari. Taciti auctoritas. Veterum Gallorum Britannorumque lingua eadem. Error plurimorum in Orientis & Occidentis gentium ac linguarum originibus confundendis. Operis hujus argumentum.



ORIGINES celeberrimarum etiam gentium ut plerumque obscuræ sunt, ita in iis cruendis operæ multum ac studii præclara ingenia olim hodieq; merito posuere. Ceterum cum defint fere, & jam pridē defuerint, paria aut proxima earum initiiis scriptorum, aut alia antiquitatis monumenta, sit, ut sæpius incerta pro compertis, & falsa pro veris in medium adferantur. Auctas enim florentesque vetustissimorum populorum res plurimi; primas origines nulli, vel serius, & incerti, aut delusi fabulis, tradidere. Qua de re idem & serio cogitanti mihi, visum est diligenter & accurate circumspicere, qua potissimum alia ratione in hac vetustissimum temporum nocte faciem aliquam accendere, & præcipuum, Europæ maxime nostræ, nationum vera exordia, annalium vel oblitterata silentio, vel anilibus & ridiculis narratio-

nibus mirum in modum corrupta , aliquando proferre liceret . Placuit vero tandem à linguis præsidium hic petere . Et eadem illæ diversas inter gentes , easdem cognatasque origines haud obscure arguere posse videbantur . Quam qui ingredi viam dubitat , næ ille ignorat , & solam illam ad investigationem veritatis hic superesse , & veterum gravissimorumque scriptorum judicio ac exemplo esse laudatam . Quis Cornelio Tacito , ut alios jam non dicam , gravior auctor est ? Quis ad res memoriæ posteriorum tradendas plus fidei contulit & auctoriati ? Ille vero , à socero suo Agricola in Britannia olim gesta descripturus , Britannos Gallosque ejusdem originis esse , hoc maxime probat & evincit argumento , quod eadem lingua uterentur . Britanniam , inquit , qui mortales initio coluerint , indigenæ an adiecti , ut inter Barbaros , parum compertum . Habitum corporum varijs : atque ex eo argumenta . Namque rutilæ Caledoniam habitantium comæ , magni artus , Germanicam originem adseverant . Silurum colortati vultus , torti plerumque crines , & positiu contra Hispaniam , Iberos veteres trajecisse , easque sedes occupasse , fidem faciunt . Proximi Galli , & similes sunt : seu durante originis vi ; seu procurrentibus in diversa terris , positio cœli eundem corporibus habitum dedit . In universum tamen æstimanti , Gallos vicinum solum occupasse , credibile est . Eorum sacra deprehendas , superstitionum persuasione . SERMO HAUD
MULTUM DIVERSUS . Igitur ex haud multum diverso Gallorum Britannorumque sermone , communem utriusque gentis originem auctor gravissimus arguit . Nobis , ut spero , venia erit , si eadem , quæ in tanta vetustissimorum , & à memoria omni remotissimorum temporum caligine solam nunc se præbet , ad eruendas nobilissimarum gentium Origines viâ graffsemur . Neque omnium nunc meminisse animus est . De Gallis solis omnis hic jam sermo instituitur ; gente ut hodie , ita & olim , clarissima , dignaque proinde , cuius prima & vera incunabula propius agnoscantur . Cæteris , quibus eadem à nobis opera destinata est , suus alibi locus erit : quæ interim & nonnulla hic legent , ex quibus , cujates , quibusque majoribus ortæ sint ,

sint, haud obscure intelligant. Galli veteres & Germani, ut pleraque alia omnia, ita linguam in primis, communia & eadem habuere. Eadem ergo utriusque genti origo; neque aliud hujus operis argumentum est. Cæterum cum maximis quibusdam hac ætate viris visum sit, Occidentis origines in Oriente investigare, ac ex iis nonnemo nuper eo opere, quod Thaleg, seu de *Dispersione gentium, & terrarum divisione, facta in ædificatione turris Babel*, inscripsit, petito à vetere Gallorum lingua, qualis ea supereft hodie in Græcorum aut Romanorum monumentis, arguento, Phœniciae eos originis esse velit; ejus hac de re dissertatio & exponenda hic nobis; & ita refellenda est, ut pariter & omnibus constet, Occidentis gentium origines in Oriente quæri facilius, quam inveniri, & Gallorum, linguae in primis, initia aliunde potius esse arcessenda. Fiet autem id nullo contentionis studio, sed solo, cuius unica nobis semper & præcipua cura fuit, veritatis. Cujus eruendæ illustrandæque caufa cum ille, quo cum nobis hic res erit, vir multa & incomparabili rerum linguarumque Orientis & Occidentis peritia ante alios insignis, raræ eruditio[n]is Opus, diffusumque, nec minus varium, quam ip[s]e Orientis Occidentisque tot late diffusæ nationes, in vulgus nuper emiserit, in magna spe sum fore, ut & ejusdem gratia, modeste hic nos dissentire, a quo animo patiatur. Hujus caufa est, quæ hic agitur; huic hoc quasi debitum munus exolvendum est. Et ab hac non dissentendum nobis, uterque sentimus; qui tamen ha[ec]tenus dissentimus. Mihi vero cā, tamque perspicuā & apertā rationum gravitate, eāque modestiā hæc nunc persequi animus est, ut in posterum dissentire non sit necesse. Gratam quippe, & tanquam amico, quod plerisque nescio qua convitiandi libidine nunc negligitur, non gravem aut atrocem veritatem, adversario fistere & probare necesse est. Neque illa fuco & inanibus pigmentis, quorum iis hodie frequens usus est, qui falsa libentius premunt & tuentur, sed idoneis argumentis adserenda est. Nam quæ falsa, iccirco haud minus falsa recte judican-

tibus videri possunt quia specie quadam & apparatu veri ornata exponuntur. Sed plerumque verosimilia potius nos fallunt, quam falsa; dum illa quasi vera sece offerunt, & sic magis nocent; hæc autem statim & promptius agnoscantur. Superest solum certamen, sed modestum, & in quo, si quidem id res & ratio ferant, similis victori victus futurus est. Nec enim turpe aut pudendum, si quis in veritatis examine huic cedat. Ac proinde sic vinci, si forte à vero deflexisse deprehendar, ipse etiam velim. Nec dissensum hunc nostrum, quem veritatis, cui militamus, & nobilissimæ Gentis caussa, publice hic profiteri debuimus, contemptum sui ille, à quo dissentimus, interpretabitur. Haud enim ideo minoris virum facio, quam meretur. Qui scio, novum non esse, in his similibusque antiquitus sepultis, summos etiam homines identidem à vero aberare. Maneat ei ex præclarissimis studiis, & æternum maneat, illibatus honos, qui debetur. Contra eos enim ego, quod & alibi aliaque in caussa serio me professum memini, semper prouertio, qui ex ambitione potius, aut petulantia ingenii, quam merito à doctissimis viris dissentiant; qui non dissentiant sine contumelia, & nisi convitentur; qui denique dissentire aut non possunt, aut nolunt, nisi testentur, odisse se illos, à quibus dissentiant; cum tamen, meo certe animo, haud arduum factu sit, & amare eos ac colere, à quibus dissentias, & ab iis quos ames ac colas, dissentire.

C A P U T I I.

Eoscharti de lingua veterum Gallorum sive sententia sive conjectura.
 Gallicum sermonem priscum Phœnicio in multis fuisse similem. Id probare I. Deorum nomina. Taramis Ζεὺς Βροντᾶς, Taram à θύρᾳ id est tonare. Teutates, Mercurius, τάστης Phœnicibus. Hesus Mars Syris Ἀζυς. Belenus Apollo, ut Phœnicib. Bel.
Sol,

Sol, qui & Beelsamen. *Onuana Minerva*, *Phœnicibus Onga*. *Minerva Belisama*. *Potius Luna vel Vrania*. *Hercules Ogmius* id est *barbarus vel peregrinus*. *Quia venerat ex Africâ & Gadibus*. *Ejus habitus peregrinus*. *Eloquentiae magister*. *Galli tam eloquentia quam fortitudine clari*. *Andrasfe vel Adraste Britannis ea Victoria*. *Forte Astarte*, id est *Venus quam ut armatam & belli presidem coluere Phœnices*. *Venus*, ἔγχεια, id est *hastata Cyprius*. *Galli à Dite patre nati*. *Ibi Dis Iuppiter vel Deus*. *Divona fons Deorum*. *Diu Deus*. *Vonan fons Cambris*. *Ouy dea, Νη τὸ Δία*. *Dei genus sumus omnes*. *Rupes pro Deo*. **II.** *Dignitatum nomina*. *Brenni duo Gallis celebres*. *Fortasse Brennus imperatorum commune nomen*. *Camb. Brenn rex*. *Britannus Barn judicare*, *Barnet judex*, *parnas Syr. princeps*, *farga immutatio*, *partum summus prefectus*: *Hinc Aedui Vergobretum vocabant summum magistratum annum*. *Mar Syr. Dominus*, *unde Candomarus, Viridomarus &c.* *Rik Arab. raik primus*, *unde Sinorix, Dumnorix &c.* *Vrich fras. fortis brachio*. *Chilperichus adjutor fortis*. *Pateræ sacerdotes Apollinis à patar interpretari*, *unde Iosephus poter*, *quia somniorum interpres*. *Paterius & Delphidius*. *Cohen sacerdos*, *unde Cœnæ antistites novem in insula Osismicâ*. *Bardi Poeta & cantores*; *quia parat est modulari Amos 6.5*. *Druides δρῦ & δρύες*. *Deru quercus Britannus*. **III.** *Militaria vocabula*. *Ger, vvarr, guerre pro bello*, *unde Germani*. *Hebr. gera bellum gerere*. *Alauda legio*, *Gallice vox sonabat ut Alafda, Syr. alafata millenarius numerus*. *Caterva Syr. Cat-erva turma missionis*, *quia constabat ex militibus omne genus*. *Gessatæ vel Gesatæ Gallorum milites mercenarii*. *Syr. Arab. gais exercitus*. *Vargi latrones in Arvernus*, *farka rapina*. *Grupellarii Gallici gladiatores cataphracti*, *cirbel amictre*, *carbela paludamentum*. *Bagaudæ in Gallia rebelles*, *Hebr. boguedim*. *Bagauda rebellio*. *Chald. galiar lixa, calo*, *Galiarij calones è Gallo captis*. *Scaliger notatus*. *Spatha gladius Gallicus anceps*, *quasi sbatha שָׁבַת id est baculus*; *ensis etiam Ps. 2.9*. *Gessum grave jaculum, hastile gisa Chald. Sparum teli Gallici genus Arab. שְׁבֵש*. *Lancea λέγχη romcha*, *Cateia clava quæ impacta in hostem nihil*

non frangit, à כְּהָרָה catat, id est hostiles copias perrumpere. Matara, mataris, materis, matras, matrasser; Arab. matara jaculari. Ουρεὸς Gall. clypeus. Vox ignota Grecis ante Polyb. Chald. theres, Arab. thurs. (θύρα Germ. thur, Engl. doore, Pers. dare, Syr. הַרְעָה thera, ex Hebr. עַשׁ per metathesin.) Cetra, καράσση, κυτεῖας Gall. clypeos; Ex Phœn. כְּהָרָה cetera pro כְּשָׂרָה cesera. Pro. 6. 11. mangæ, mangana, mangonalia, Chald. manganon, Hebr. מַחְמֵד mechi. Carnon tuba Galli, ut Syrus carno. Benna, Gallici vehiculi genus, an à rotis, id est אֲפִנִים ophannim, ut petoritum. (metopes quatuor Camb. pedvvar, Britann. pevar.) Carrus char, karon idem Thalmud. karar αἰρίγα. Covinus Britan. covvain vhere, Chald. gospan. Essedum, hassedan idem. Rheda Chald. רְהָדָה rheda idem. IV. Vestium nomina. Rheno Gr. πύρος. Alter in Scaligero. Huc referunt סְבָרְנוֹן safshenon pro pelliceâ veste, sed legendum σισυφόν. Sagum vestis mororis ut Hebr. קֶשׁ fac, quod faccum & cilicum reddunt. Lena & linna quid differant. Linnæ saga mollia, Arab. לִין lin molities. Gaunacum vel Gaunace sagum majus amphimallon, aliis ἐπέρωμαλλον, gunca Chald. Gaufapa idem Talmudicus guspac. Bardiacus, Bardocucullus, Talmud. bardes, Arab. borda. Quid sint agni בָּרוּרִי Gen. 31. 12. Cuculus, Britannis cucul. Hebr. cucla. Ut à femore femoralia, & à cruribus σκέλεσι, sic braccæ à genibus, berec Hebr. genu. Maniacum monile aut torquis מְנִיכָא non à manu, ut volunt. V. Animalium nomina. Ramac equa; Inde marc inversum Gall. equus & Britan. Pausanias locus assertus. μάρνα, τρυμαρνίσια marchschalc. Rhaphius animal insatiabile & famelicum, id est rhaavi. Abrañas Gall. Simias, Arabibus abrama. Baracacæ Gall. hircorum aut caprarum pelles, hircus Talmud. barcha & barchakarcha. Taxea pro larido ex נְצָר daxen. Lug corvus, Arab. لكחה lukcha. Bardæa vel bardala alauda, compositum ex בָּרָר bar, ut avtum alia nonnulla. Clupæa pisces qui cum luna mutatur, חַלְפָה chalaph mutari, forte alausa. Man homo, Mannus Tuitonis filius, Menas primus Ægypti rex. Isis & Æstar (quasi Astarte) in Germania cultæ. Pascha Anglis Easter-time. Galba pinguis ex cheleb pinguedo. ut gal

ut galbanum ex Chelbena. Cribel crista galli Britan. ut Hebr. Cirbel. V I. Herbarum nomina : Hedera subites, Hebr. hasub. Pulegium Gall. albogon, Mauris aluegen. Melissophyllum Gall. merimorion, Arab. marimahor. Gnaphalium quo sedilia inferciuntur, Gall. gelafonim ; Arab. gialasa sedere. Pempedula, quinque folium, Britan. pemp quinque, delis vel delion folium, Cambr. deilen, Hebr. dalioth folia. Eith frumentum, bara panis, Hebr. hitta & bara frumentum. Syr. vinum chamra zythum Gall. corma & curmi. Samolum herba quam sinistra manu legunt, semol sinister. Volema grandia pira, Arab. pheilem magnus. VII. Geographice voces. Leuca sonabat ut lefca ; Id decurtatum ex elef canim mille canne. que fere est mensura leucæ. Allobroges, ex al celsius & bara ager, regio, Britan. bro. Broga Gallis ager. Britannis pen vel penn caput, cacumen. Punicum jugum. pinna Hebr. fastigium montis. Alpes à nivis albedine, alben Phœnic. albescere. Indidem Libano nomen. Gebennæ vel Cebennæ, les Cevennes, Britan. Keven. dorsum montis. Syr. gebina supercilium montis ; Hebr. gab dorsum, gabnunim gibbosí montes. Dun collis, unde Laudunum, Iuliodunum &c. Arab. iun quod eminet. Dan Britann. inferius, unde Danmonij. Angl. dovvn, Arab. douna. Nant Britan. vallus, unde Nantuates, hodie pais de Vaux. Hebr. נַחַת inclinare. Dole Britan. planities, ut Arab. daula, Crag vel Careg petra. Cerigi Drudion lapides Druidarum. La Crau. campus laptdeus. In Moabitis Petra deserti nunc Crac. In Cilicia קָרְגֵּן מִתְקֵג. Kaled durus Britan. unde Caledonij. Hebr. galad. durescere ; Arab. geledon durities. Maiatae campestres, Meath planities, Arab. mavvath terra declivis vel expansa. Camulodunum regia Cynobellini, ad verbum regis seu domini collis, Arab. Kimâl dominus gentis. Sarisberia in aridissimo colle sita, inde olim Sorbiodunum collis siccus Britan. Syr. sorba siccitas, ut Hebr. sarab Es. 35,7. Laith, unde Arelate, Britan. humiditas ut Hebr. Lauth. Telon cithara Britan. unde Tolonem dici volunt ad Citharistem promontorium. Forte Phœnic. תִּלְלִין tillin psalterium, ut Hebr. הַלִּם Tsalmi. Aber unde Abravanus, havre, locus ubi duo fluvij vel flu-

vius marl iungitur, Hebr. habar iungi, sociari. Divortium guet Chald. Guith Britan, inde Veeta. Ara, unde Arar, lensus, tardus, ut aharae Pro. 28. 23. Garu vel garavv rapidus, unde Garumna, garaph Arab. idem & Hebr. Iud. 5.21. Ryd vel rit vadum, unde Augustoritum, Vagoritum &c. proprie descensus in aquam ab Hebr. רַדְעָן. Magum, unde Rhotomagum, Neomagum &c. mansio, Hebr. magon. Britan. urbs Caer & Dinas & Tre unde? Gallis licet multa vocabula communia cum Poenis, tamen linguae erant diversae.

G Allicum sermonem Phœnicio in multis fuisse similem, inquit Boscardus, probant primò Deorum, secundò dignitatum & officiorum nomina, tertio quæ ad bellum pertinent. His addi possunt vestium, animalium, & plantarum appellations. Geographica denique & chorographica vocabula.

I. Dij Gallorum fuere quantum memini, Taramis, Hesus, Teutates, Belenus qui & Abellio, Onvana & Hogmius. De Tarami Lucanus lib. 1.

Et Taramis Scythicae non mitior ara Diana.

Taramis est Ζεὺς Βροντῆς Jupiter tonans, cui templum consecravit Augustus. Nempe taram vel taran Cambriacâ linguâ, hodie que est tonitru; Ut Germanicâ donner & veteri Suecicâ thor; unde Jovis dies Germanicè donnerdag & Suecicâ Torstag, Anglicâ Thursday. Adam Bremensis de Sueonibus sive Suecis: Thor, inquietum, praesidet in aere, qui tonitrus & fulmina, ventos imbrisque, serena & fruges gubernat &c. Et paulo post: Thor cum sceptro Iovem exprimere videtur. Taram porro factum videtur ex Phœnicio תָּרָם tarem servili T praefixo ut in חַשְׁבָּן. Radix רָעֵן est tonare. Tarami à Lucano junguntur

Teutates, horrensque feris altaribus Hesus.

Quorum illum esse Mercurium Livius docet his verbis lib. 26. *Scipio in tumulum obversus, quem Mercurium Teutatem appellant.* Teutates igitur Gallis idem qui Phœnicibus τάαυνς & Ægyptiis Thouth vel Theuth & Thoth. Phylo Byblius ex Sanchoniathone

Phœ-

Phœnicio scriptore vetustissimo : A' m̄ Mīsōw̄ Tāautos, ὁς οὐρε τῷ τῶν πεώτων εὐχείων γεγονέω, ὃν Αἰγύπτιοι μὲν Θωάρ (lege Θωάτ) Αἴλεξανδρῖς ἢ Θωῦθ, Εὔλλεως ἢ Ερυλοῦ ἐπάλεξαν. Eī Misore natus est Taautus, qui primorum elementorum scripturam invenit, quem Ἀgypti Thoot, & Alexandrini Thouth, & Graci Hermen (Mercurium) appellarent. Plato in Philebo: Φωνὴ ἀπειρον κατινόησεν, εἴπε πος θεὸς, εἴπε θεὸς ἀνθρωπος, αἰσ λόγος εὐ Αἰγύπτῳ. Θωῦθ πνα θνητοῦ. Vocem infinitam excogitavit, σύνετος Deus, σύνετος divinus vir, quomodo fama est in Ἀgypto Theut talem quendam fuisse. Idem πατήρ γεγματων appellatur in Phædro, ubi rex Ἀgypti Thamus multis cum illo disserit de usu literarum. In Cicerone legitur Thoyth & Theuth; In Lactantio Theutus & Thot, ut in Græco Epigrammate :

Πρῶτος Θῶθ ἐδάν δρεπάνω θῆτι βέτρου ἐχείρη.

Quomodo cunque legas, Gallicum Teutatis nomen inde apparet esse deflexum.

Hesus cur putetur esse Mars, disce ex Gallorum veterum historiâ, quam ante aliquot annos edidit Antonius Gosselinus ὡμαναείτης in hâc ipsâ Academiâ professor eloquentiæ. Hesus propriè fortē sonat, ut Hebræis יְהוָה hizzuz, & Syris, Chaldaeis, Arabibus יְהוָה haziz. Sic vers. 8. Ps. 24. ubi Deus dicitur esse Dominus fortis & potens, Dominus potens in bello; Dominus fortis Hebraicè est יְהוָה Jehova Hizzuz, & Arabice אלהב al-rabba lhazizo. Inde Marti factum est nomen etiam apud Phœnices. Quod ex Iamblico docet Julianus apostata oratione in Solem. Verba sic habent : εἴπι μετεράστη Βέλομα τὸ Φοινίκων Θεολογίας &c. εἰ τῷ Ε' δεσμῶν ὄκουντες ιερὸν εἴξ αὐλῶν Θεοῦ ήλίου χωρίον, Μόνιμον αὐτῷ καὶ Αἴγιλον συγκαθιδρύσον. αἰνιθεατοῦ Φοινικάμβλιχος &c. αἰς οἱ μένιμος μὲν Ερῆμος εἴη, Αἴγιλος οὐ Αἴρης. Volo adhuc ē Phœnicum theologiā nonnihil depromere &c. Qui Edessam habitant locum ab omni ævo Soli sacrum, Monimum & Hazizum una cum Sole collocant. Quod sic Iamblichus interpretatur, ut Monimus quidem sit Mercurius, Hazizus autem Mars. Idem alibi in eâdem oratione : Αἴγιλος λεγομένος τῷ τῶν ὄκουντων τῷ Ε' δεσμῶν Σύρων, ήλίου τεφοριπένδη Mars Hazizus dictus à Syris, qui Edessam incolunt, Solis est ante ambulo.

Hazizus id est *IVY Haziz*, à quo *IVY Hizzuz & Hesus*, solâ flexione differunt; nisi quod χ mutatur in β literam homogeneam. Itaque nomen Martis Gallicum Phœnicio fuit simillimum.

Belenum esse Apollinem, præter Ausonij carmen vulgatissimum de Attio Paterâ in Burdigalensibus professoribus, docent Aquileienses inscriptiones *A P O L L I N I B E L L O* apud Gru-
terum; & hæc Julij Capitolini in Maximinis: *Dicens etiam, De-*
num Belenum per aruspices proponuisse, Maximinum esse vincendum. Vnde
etiam postea Maximini milites jactasse dicuntur Apollinem contra se
pugnasse. Quibus concinit Herodianus lib. 8. nisi quod $\beta\epsilon\lambda\omega$ ha-
bet pro Beleno: $\beta\epsilon\lambda\omega \dot{\chi} \kappa\alpha\lambda\omega\sigma \beta\pi\pi$, $\sigma\epsilon\beta\epsilon\sigma\tau\pi \pi\beta\pi\varphi\omega\sigma$, *A'πλ-*
λωνα ἄνας θέλοντες. Ipsum autem Belin vocant, & eximiè colunt, Apo-
llinem esse volentes. Inde herba *υστικάμος*, ut Latinè Apol-
linaris, ita Gallicè dicebatur *Beli nuntia*. Et eandem Hispani ho-
dieque *Veleno* appellant. *Belenus* vel *Belin* idem qui *Beli*. Ita
Phœnices Solem vocabant. Servius in primum Æneidos: *A-*
ppud Assyrios (id est Tyrios) Bel dicitur quādam sacrorum ratione &
Saturnus & Sol. Quandoq; composito nomine vocabant בָּלִשְׁמֵן *Beelsamen*, id est Dominum cœlorum. Philo Byblius de Sole
ex Sanchoniatonis Theologicis: *τὰν γαρ', Φησι, θεὸν ἐνόμιζον*
μόνον διεγνῶ πίστον, βεβλωπίλει καλιώπης, οἵτι φοίνιξ πύρα
δέχεται. Hunc enim, inquit, Deum putabant solum esse cœli Dominum,
Beelsamen vocantes, quod Thœnicum linguâ significat cœli Dominum.
An indidem Laconum vox $\beta\epsilon\lambda\alpha$ pro Sole, & Cretica $\alpha'\epsilon\epsilon\lambda\beta\alpha\beta\alpha$?
Hesychius $\beta\epsilon\lambda\alpha$, $\beta\lambda\beta\alpha\beta\alpha$ $\eta\gamma\alpha\gamma\eta\beta\alpha\beta\alpha$ $\lambda\alpha\kappa\omega\omega\omega$. Item: $\alpha'\epsilon\epsilon\lambda\beta\alpha\beta\alpha$, $\beta\lambda\beta\alpha\beta\alpha$
 $\kappa\eta\pi\pi$. Omnino ita videtur, & cum Beleno. Deo idem esse *Abellio*, cuius monumenta extant in Convenis Novempopulaniæ,
ut observat Scaliger Ausonianarum lectionum lib. 1. cap. 9.

Ibidem Onuanæ meminit Deæ Gallorum, quam viri docti su-
spicantur esse Minervam. Nempe Minerva Phœnicibus *Onca* &
Onga dicebatur: *Euphorion* apud Stephanum: *Οὐρα*, $\eta\alpha'\beta\eta\eta\alpha\beta$
 $\chi\zeta\phi\iota\epsilon\kappa\alpha\sigma$. Hesychius: *Οὐρα*, $\alpha'\beta\eta\eta\alpha\beta\alpha\epsilon\alpha\beta\alpha\beta\alpha$. Ex *Onga* factum
Onua & *Onuana*, *G* & *V* permutatis, ut in *Vwallis* & *Vwalloni-*
bus pro *Gallis*, & in *Anglico wave* pro *undâ*, cuius vocis secun-
dam

dām syllabam Germani, Galli & Belgæ per G scribunt.

Tamen in veteri saxo apud Conseranos in Novempopulaniâ reperto extat inscriptio vetus M I N E R V A E B E L I S A M A E, unde Belisamam colligunt esse Minervæ Gallicum nomen. At cum Belisama Punicè significet *cœli Dominam*, videtur id potius vel ad Lunam vel ad Vraniam pertinere, quæ in Ieremiâ toties vocatur בָּלְכַת הַשְׁמִיָּה *Regina cœlorum*. Luna eadem quæ Diana, quam Galli plurimum coluerunt. Polyænus lib. 8. ubi de Camma: Λού Αρτέμιδος ἱερά, λού μάλιστα Γαλάτην σέβεται. Quod sumprum ex Plutarchi libro de virtutibus mulierum.

Deos quos diximus hactenus à Gallis fuisse cultos Cæsar his verbis docet: *Deum maxime Mercurium colunt &c. Post hunc Apollinem, & Martem, & Iovem, & Minervam.*

Supereft de Hercule dicamus; quem Galli vocabant Ogmion. Lucianus: ὃς οὐκ εἰπεῖ τὸν Κελπὶν Ογμίον ὄνομαζόντος Φωνῆ τῇ Θπικω-
ξίᾳ. Ogmion, id est Ογμιον. Barbaros & peregrinos Arabes ita nominant. Nempe vel ex Phœnice Hercules, vel ex Africâ aut Gadibus ad Gallos se contulerat, post multos labores mari & terra exantlatos. Atque id ipsum Herculis pictura referebat. Quippe pingebatur γέρων ἐς τὸ ἔφαστον, ἀναφαλαντίας, πολιος ἀκρα-
τῶν, ὅση λοιπαὶ τῶν τελεῖων, ρυσσὸς τὸ δέρμα, καὶ Διάκεκεναυμένος ἐς τὸ
μελάντετον, οἷοί εἰσιν οἱ θελατουργοὶ γέροντοι. Decrepitus, recalvaster, re-
liquis capillis prorsus canis, cutre rugosὰ ἢ in acerrimum colore mœxustā,
quales sunt nautæ senes. Imo quales Pœni & Phœnices quos vici-
nioris sideris fervor ita exurit, ut à Gallorum candore plurimum
absint. Interim senex ille trahebat hominum ingentem multi-
tudinem, omnes ab auribus revinctos. Pro vinculis autem erant
catenulæ ex auro & electro confectæ, quarum ansæ Dei lingue
ita erant annexæ, ut hâc illos ad se traheret. Quod eloquentia
fuit symbolum. Phœnicius enim sermo, quo utebatur Hercu-
les, cum Gallico permistus, eum ita expoluit & tantâ verbo-
rum & rerum ubertate ditavit, ut Galli ultrò agnoscerent Phœ-
nicibus magistris se debere eloquentiam; quam deinceps sum-
mo studio semper excoluerunt. Porcius Cato in secundo Ori-

ginum : Pleraque Gallia duas res industriosissime persecuta , rem militarem & argute loqui . Cui loco plane geminus hic Hieronymi ad Vigilantium : *Gallia &c. viris semper fortissimis & eloquentissimis abundavit.*

Jam quia Britannis & Gallis eadem fuisse sacra ex Tacito & Cæsare scimus ; non erit extra rem hic quererere , quæ fuerit Andra ste Dea , quam Britannica Amazon Boodicia vel Bundovica invocasse legitur , antequam cum Romanis confligeret . Dion in Nerone : η ι βενδονίκα τὴν χρέως πὸν γέγονον αναπίναται εἶπε , χά-
ριν πασὶ ἔχω , ὡς Αὐδερίην , η τεσσεπικαλοδυσίη σε γυνὴ γυναικα . Et Bon-
dovica manibus in cœlum extensis dixit , gratias habeo tibi , ô Andra-
ste , teque mulier mulierem invoco . Et rursus : πᾶντα πάντα θύοντες τε
ἄμα καὶ ἐπιώμενοι , ὑβρίζοντες , ἐν ταῖς ἄλλοις σΦῶν ιεροῖς , η ἐν τῷ Φ
Αὐδάτης μάλιστα ἀλσόποτίσν . οὕτω γὰρ η τὴν νικὴν ἀνόμαλον , η ἐπειδὸν
αὐτὴν τελείστατα . Hæc omnia per contumeliam faciebant , dum sacri-
ficabant , atque epulabantur cum in aliis templis tum maxime in luco An-
datae . Sic enim victoriam vocabant , & illam impense colebant . Pro
Αὐδάτης rescribendum ut supra Αὐδάτης , vel etiam Αὐδάτης , quo-
modo legit Guillelmus Blancus Xiphilini interpres ; Sic Adra-
ste eadem erit quæ Phoenicum Astarte , literis ut sit trajectis , &
permutatis D & T quæ sunt ejusdem organi . Nec obstat quod
victoriam interpretatur Dion . Sed & Tacitus . Cujus hæc verba
lib . 14. ad eandem Deam pertinent : *Inter quæ nullâ palam causâ
delapsum Camaloduni simulacrum victoriae , ac retro conversum , quasi
cederet hostibus . Astarte enim Venus quidem est , ut Cicero &
aliivi volunt . Sed Venus armata & belli præsens . Quo habitu il-
lam coluisse Cytheræos à Phoenicibus edoctos tradidit Pausa-
nias . Sed & ijsdem magistris Cyprii Venerem Εὔχειν , id est
hastatam , effinxerant . Hesychius : Εὔχεις , Αὐφροδίτη : Κύπελοι .
Spartæ etiam describit Pausanias in Laconicis Αὐφροδίτης ξόανον
ἀπλισμένης , Veneris armata statuam . Unde Ausonius epigr . 41 .*

Armatam vidi Venerein Lacedemone Pallas.

Itaq; de Venere hæc habentur in Trachiniis Sophoclis ; Μεγάλα
τὸ δίνον δικύρεις , ἐκφέρεται νίκας ἀεὶ , Venus pollet magnâ quadam

vi, & victorias semper reportat. Et Romæ templum habuit Venus victrix. Plinius: Dedicacione templi Veneris victricis, pugnare in circulo elephantes viginti. Eiusdem templi meminit Plutarchus in Pompejo, qui, inquit, se somniavit κωσμεῖν ιερὰ Α' Φροδίτης μηνὸς παλλοῖς λαφύρεις, Veneris victricis templum multis ornare spoliis. Quae ideo notanda duxi, ne quis miretur, Astartem, id est Phoeniciam Venerem, à Britannis pro victoriâ cultam.

Est cur miremur in Diis Gallorum non censeri Plutonem, à quo se prognatos dicebant, siquidem Cæsari credimus: *Galli*, inquit, *se omnes ab Dite patre prognatos praedican*, *idque ab Druidibus proditum dicunt*. Fallor an *Dispater* Gallis idem fuit qui *Dispater*, id est Iupiter, summus Deorum, nomine facto ex Græco Διὸς vel ex Hebr. 'דָּיָה. Id videtur posse probari ex composito nomine *Divona* pro Dei fonte vel Divino fonte. Ita explicat Ausonius in hoc versu,

Divona Celtarum lingua fons addite Divis.

Et hodieque apud Cambros *Diu* Deum significat, & *Vonan* fontem. Quò pertinet vernaculum *ouy dea* cum affirmamus, sumptum ex Græco νῦν Δία. Hoc sensu Dispater Gallorum, non quo putavit Cæsar. Nempe Διὸς κεχρήμεθα πάντες. Σὺ γὰρ καὶ θύμῷ εἰσμέν. Quod ex Arato Paulus ita citat ut palam probet Act. 17. 28. ad verum Deum id referens quod de Jove dixerat Aratus. Tale illud Mosis in Cantico Deut. 32. 18. *Rupem que te genuit oblivioni mandavisti*, id est Θεὸν Deum, ut recte reddunt LXX & vulg. int. magis ad sensum quam ad verba attendantes. Sic Chaldæi pro rupe habent דְּחִילָא חַקִּיפָּא Deum fortis, & Arabs אלְהָאֵל Creatorem.

I I. Dignitatum & officiorum nomina putantur hæc fuisse apud Gallos, Brennus, Vergobretus, Mar, Rix, Pateræ, Cenæ, Bardi, Druidæ, Saronides & Eubages.

Brenni duo celebres fuere apud Gallos, unus qui Romam, alter junior qui Delphicum templum expilavit. Ille pro Brenno βρένω Bren appellatur apud Suidam. Sunt qui imperatorum tum temporis putant commune fuisse nomen, quia Cambri homines die

die regem *Brennin* appellant, teste Camdeno. Sed & apud nostrates *Britannos* barner judicem sonat, & barn est judicare. Accedit Syrum פָרְנוֹס parnas pro principe & gubernatore. Sic Es. 3. 4. in Chald. paraphr. *Constituam pueros* (parnasehon) principes iprorum. Prov. 14. 28. *In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis atteritur* (parnaseha) princeps ejus. Radix פָרְנֵס parnes est pascere; Ergo פָרְנֵס nomen proprium significat παίνειν λαῶν.

Vergobretus aut *Vergobretum* magistratus erat annuus apud Aeduos, ut Romæ consulatus. Cæsar; *Divitiacus* & *Liscus* summo magistratui præerant quem *Vergobretum* appellant Aedi, qui creatur annuus, & vita necisque in suis habet potestatem. Vox videtur composita ex Syris פָרְגָּא farga & פָרְהָוּן partum vel partun, quarum illa mutationem, haec summum præfectum & moderatorem sonat. Inde Galli *Vergobretum* vocant præfectum illum qui quidem summus erat, sed mutationi obnoxius.

Mar, hodie *Maur*, Britannis magnum sonat. Hinc composita Gallorum principum nomina *Condomarus*, *Civismarus*, *Combolomarus*, *Induciomarus*, *Viridomarus*, *Teutomarus* &c. Syris מַר mar est dominus, unde נָחַן מַרְנָה μαεγραδָה dominus noster venit, 1. Cor. 16. 22.

Rix etiam multo in usu in magnatum nominibus. Exempla sint *Sinorix*, *Dumnorix*, *Orgetorix*, *Ambiorix*, *Vercingetorix*, *Eporedorix*. Puto Gallos scripsisse rich, ut Britones & Germani hodieque. Rich id est fortis & potens. Hinc in libro triadum Britanico, qui vetustissimus est; *Caradauc vrich fras*, id est *Caratacus* fortis brachio. Neque aliud fuit rich apud Germanos veteres. Fortunatus lib. 8.

*Chilperiche potens, si interpres barbarus adsit,
Adjutor fortis hoc quoque nomen habet.*

Rich videtur esse רִיק rik Arabum. in Giggeo רִיק rik est vū, robur, & קְרַאֵק raik prior, primus. רֵיק idem.

Pater sunt sacerdotes Apollinis, oraculorum interpretes, à verbo פָהָר patar, id est interpretari. Unde Ioseph poter dicitur,

citur, quia interpretabatur somnia. Gen. 40. & 41. Ausonius in Professoribus Burdigalensibus, ubi de Attio Paterâ vel Paterio :

Beleni sacratum ducis è templo genus,

Et inde vobis nomina.

Tibi Pateræ; sic ministros nuncupant

Apollinares mystici.

Fratri patrique nomen à Phœbo datum,

Natoque de Delphis tuo.

De his ita Hieronymus epist. c l. ad Hedibiam : Majores tui Paterius atque Delphidius : quorum alter, antequam ego nascerer, Rhetoricam Romæ docuit, alter, me jam adolescentulo, omnes Gallias prosa versuque suo illustravit ingenio.

Cœnæ quoæ sint Mela docet his verbis : Sena in Britannico mari Osseanicis adversa littoribus, Gallici numinis oraculo insignis est, cuius antistites perpetuâ virginitate sanctæ numero novem esse traduntur. Galli Cenas vocant. Lege Cœnas. Hebraice כוהן cohen est sacerdos. Hinc foeminum כוהנה cohena. Sena, hodie Sayne, insula est ad extremam Aremoricam.

Bardi Gallorum erant poëtæ & cantores. Posidonius : πὰ δὲ ἀκέσματα αὐτῶν εἰσιν οἱ καλέμειοι βάρδοι, ποιηταὶ δὲ ποιηταὶ τυγχάνονται μετ' ὥδης ἐπαίγουσι λέγοντες. Strabo : Βάρδοι μὲν ύμνηται καὶ ποιηταὶ. Diodorus : Εἴσι δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ποιηταὶ μελῶν, διὸς Βάρδους ὄνομά γε τοις. Lucanus :

Plurima securi fudisti carmina Bardi.

Festus: Bardus Gallice cantor appellatur, qui virorū fortium laudes canit. Hesychius : Βαρδοὶ, αἵδοι τῷ Θεῷ Γαλάτης. Pro αἱ οἵδοι recte monuit vir doctissimus legendū esse αἱδὲ cantores vel poëte. Bardus est ab Hebreo בָּרֶד parat, mutatis homogeneis : בָּרֶט est modulari. Sic Amos 6.5. הַפְּרוֹתִים עַל פִּי הַנְּבֵל modulantes super nabliū. Nabliū erat Phœnicium organum lyrae vel cithare simile. כְּנוּר cinyram citharæ specie, & nablium Iosephus ita inter se confert, οἱ μὲν κινήσεις δέκα χορδαῖς ἐξημερένη τύπῳ πλήκτρων, οἱ δὲ οὐδέποτε φόργυγες ἔχονται δακτύλοις κράτεται. cinyra quidem decem chordis instructa,

plectro pulsatur, nabilium autem duodecim sonos continens digitis carpi-tur. Ita Bardis aliquod fuit organum lyræ simile quod inter ca-rendum pulsabant. Diodorus de Bardis: ἐπὶ δὲ μετ' ἀρχαῖσιν τὸ λύρης εἰδοῖς αὐτοῖς, οἵ τε ιμάτιον, οἱ δὲ βλασφημοῦσι. Hi cum organis lyræ similibus canentes, alios quidem laudant, alios vero vitupe-rant. Ammianus lyras vocant: Bardi, inquit, fortia virorum illu-strium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyrae modulis can-titarunt. Nota cantitandi verbo plane exprimi Hebræum טַרְפָּה parat, quod proprie significat cantiones suas vocibus minutim concisis & sono vibrante & frequentato canere. Ita Buxtorfius & alii. Quia טַרְפָּה de iis dicitur quæ dividuntur in minutæ partes. Quo referendum illud Horatii Carm. lib. 1. od. 15.

— grataque fæminis

Imbelli citharâ carmina divides.

Ut à magno Heinsio pridem est observatum.

De nomine Druidum Plinio assentior qui deducit δρῦς ἀριθμὸν à quercu. Nihil, inquit, habent Druidæ visco & arbore in qua gigna-tur, si modo sit robur, sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos: nec ulla sacra sine eâ fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpre-tatione Græca possint Druidæ videri. Nec est quod quis miretur cur Druides Græco nomine appellantur, cum etiam apud Celtas quercus deru dicta sit. Britanni in Angliâ derw scribunt, & no-strates deru.

Saronides in Diodoro iidem qui Druides. Philosophi, inquit, & Theologi quidam sunt in magnâ apud illos veneratione, οἵ τε Σα-ρωνίδας διεμάλχοντι quos & Saronidas appellant. Nempe eadem ratio nominis, utroque à quercu ducto, quæ Græce olim σαρών vel σε-ρωνίς. Plinius: Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus, unde nomen, ita Græciā antiquâ appellante querum. Callimachus hymno in Jovem:

Η̄πολλάς εἰφύπερθε σαρωνίδας υγρὸς λάων.

Η̄δρεν.

Innumeræ quercus liquidus productit Iaon
Desuper.

Et ibi

Et ibi scoliaست *Σαρωίδας*, δέος. *Saronidas* id est *quercus*. Reliqua ibi vide. *Eubages* vel *Euvages*, quorum pensum erat scrutari summa & sublimia naturæ, consulto prætereo, quia vox illa est doctis jure merito suspecta, cum nusquam alibi quam in Marcellino occurrat, qui forte *σαγεῖς* legerat in Timagene, voce corrupta ex *σατῆς* vates. Nam r & t scriptores sœpe permutant. Tale est *σιζὼν* pro *σινὼν* in Theophrasto, & in Hesychio *ἰσχέων* pro *ἰστέων*. Vide Cl. Salmasij Plinianas exercitationes pag. 708.

III. Militaria vocabula fuere apud Gallos, ger vel guerra pro bello. Item *alauda* & *caterva* pro Gallicis legionibus; Et in militum generibus *Gesatae*, *Vargi*, *Crupellarij*, *Bagaudæ*, *Galearij*; Et in armis *spatha*, *gessum*, *lancea*, *cateja*, *matara*, *thyreos*, *cetra*, *carnon*; Et in machinis *mangæ*, *mangana*, *mangonalia*. Quorum pleraque sunt Phoenicia. His adde currium nomina, *bennum*, *petoritum*, *carrum*, *covinum*, *effedum*, *rhedam*.

Ger pro bello usurparunt Galli veteres, ut *vvar* Saxones & Angli, & nos *guerram*. Unde Germanos, id est homines belli (gens d'armes) eos dixerunt qui primi Rhenum transgressi priscos incolas è sedibus suis vi armorum pepulerunt. Tacitus: *Germanie vocabulum recens est & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, nunc Tungri, tunc Germani vocati sunt. Ita nationis nomen non genti evaluisse paulatim; ut omnes primum victores à victis ob metum, mox à seip sis invento nomine vocarentur.* Ger est ab Hebræo נֶגֶר gera, quod Græci interpretes reddunt οὐάστην πόλεμον, Hieronymus *inire prælium, committere prælium, provocare ad bellum.*

Alaudæ nomen à Gallis pro legione sumptum his verbis docet Plinius: *Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederunt alaudæ.* Inde Gallos legionarios Cicero passim alaudas vocat: Sic Philippicâ primâ: *Judices manipulares ex legione alaudarum: Et quintâ: Antesignanos, & manipulares, & alaudas judices se constituisse dicebat.* Et decimâ tertiatâ: *hunc accedunt alaudæ, ceterique veterani.* Et Suetonius in Julio Cæsare cap. 24. *Vnam etiam (legionem) ex transalpinis conscriptam, vocabulo quoque Gallico. Alauda enim* appell-

appellabatur. Ut pateat origo vocis, sciendum alafdam veteres dixisse pro alaudā. Sic caueas idem fere sonasse quod *cafneas* vel *cave ne eas*, docent hæc Ciceronis : *Quum M. Crassus exercitum Brundufij imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas caueas c' amitabant : Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caveret ne iret.* Porrò *alafda* pro Syro אַלְפָהָא *alafata* millenarium sonat ; A quo numero Gallicæ legiones primò dictæ, plurimum auctæ deinceps , tamen priscum nomen retinuerunt. Sic אַלְוָהָא *alluph* Hebræis proprie est chiliarchus ; Tamen pro quovis duce sumitur, ut אַלְפָהָא *eleph* chilias pro quovis numero , etiam multo majore. Vide Mich 5.2. & Jud.6.15.

Caterva etiam juxta Vegetium lib. 2. cap. 1. est legio Gallorum. Galli (inquit). atque Celtiberi pluresque barbaricæ nationes catervis utebantur in prælio, in quibus erant sena millia armatorum. Romanæ legiones habent, in quibus singulis sena millia, interdum amplius, militare consueverunt. Syris propriè כְּתָעֵרֶבָא *cat-erva* est turma mixtionis sive miscellanea. Nempe legio constabat ex militibus omniæ genus. Vegetius : Legio autem propriis cohortibus plena, cum gravem armaturam, hoc est principes, hastatos, triarios, antesignatos, item levem armaturam, hoc est ferentarios, funditores, balistarios, cum propriis & sibi impositos equites legionarios iisdem matriculis teneat &c. Caterva Britannis hodie est caturfa.

Gessatae vel *Gastatae*, ut plerique volunt, sunt Gallorum milites mercenarij. Plutarchus in Marcello : μετεπέμποντο Γαλατῶν τοὺς μισθῳδες σεργετευόμενους εἰ Γεωσάτην καλέσαντα. misérunt Gallorum milites mercenarii qui *Gessatae* vocantur. Orosius : Cum etiam ex ulteriore Gallia ingens adventare exercitus nuntiaretur, maxime *Gesatorum*, quod nomen non gentis, sed mercenariorum Gallorum est. Polybius, in quo Γαζατοὶ, eos ait sic esse appellatos Δῆλοὶ μισθῳδες σερπίνδη, οἱ γὰρ λέξις, inquit, ἀντη τὴν ομηρίην νοεῖσθαι. Alii scribi volunt Γαζαταὶ vel Γαζηταὶ, quasi γαζηταῖς, propter frequentes migrationes, aut verò ωδῇ τὴν γάζαν, quia plerique Gallorum erant ξενοφορῆτες, quae est Euphorionis sententia apud Stephanum in Γαζα. Vide etiam Etymolog. in Γαζηταῖς, & Favorinum in Γαζηταῖς.

Alii

Alii à gesis deducunt teli genere. Servius in 8. Aeneid. *Gesa ha-
stas viriles*; nam etiam viros fortes Galli *Gesos* (lege *Gesatos*) vo-
cant. Strabo putavit esse gentem; dicit enim lib. 5, circa Pa-
dum habitare Gallos plurimos, quorum maxime gentes *Boii* & In-
subres, & qui Romam aliquando subitâ incursione cœperunt Senones,
טְרָאשָׁתָאָרָא cum *Gesatis*. Nempe latuit viros doctos verbum esse
Phœnicium. Hebræorum magistris נִגְאָזָס, Syris נִיסְגָּאָזָס,
Arabicibus נִגְאָזָס est exercitus. Plurale Hebræum est גַּגְאָזָס,
Gesatot, Arabicum גַּגְיָוִשׁ *guios*, Syrum גַּגְיָסִין *gaisin*, vel scm. ter-
min. גַּגְיָסָתָא. Inde Gallorum copiæ *גַּגְיָאָרָא* dictæ. Hæc
est vera origo vocis ignotæ hactenus.

Vargi apud Arvernos non tam erant milites quam latrones. Sidonius Epist. 4. lib. 6. *Arverni Vargorum nomine indigenas la-
trunculos nuncupant*. Vargi id est Punico sermone פֶּרְקֵן *farkin*,
Nam Hebræum פֶּרְקָה perek vel pherek quandoque pro rapinâ su-
mitur. Sic Nahum. 3. 1. פֶּרְקָה *Malah* rapina plena. Abdiæ 14. לֹא
לֹא חָמָר עַל הַפְּרָקָה & non slabis ad rapinam.

Crupellarij sunt Gallorum gladiatores κατάΦεγκπι. Tacitus
lib. 3. Annal. Adduntur è servitiis gladiaturæ destinati, quibus more
gentico continuum ferri tegimen; Crupellarios vocant. Nempe ab
Hebræo כְּרָבֵל *cirbel*, amicire, tegere; unde מְכֻרְבֵּל *mecurbal*, o-
pertus, pallio tectus. 1. Par. 15. 27. Græci πεντωσμένοι. Hinc
כְּרָבֵלא *carbela*, Dan. 3. 21. volunt esse paludamentum.

Bagaudæ dicti sunt ij Gallorum qui sub Diocletiano rebel-
larunt Amando & Eliano ducibus. Eusebius in Chronico Ba-
gaudæ appellat, & Orosius Vacaudas, (sic legendum, non Vacua-
das) Eutropius Bacaudas. Sed Salvianus, cui plus fidendum in
suæ gentis vocabulo, constanter scribit Bagaudas, & palam docet
hoc nomine rebelles significari, qui Hebraicè boguedim.
Is enim ita de Bagaudis: *Imputamus nomen quod ipsi fecimus. Et
vocabamus rebellés, vocamus perditos, quos esse compulimus criminósos.*
Quibus enim aliis rebus Bagaudæ (rebelles) facti sunt, nisi iniquita-
tibus nostris, nisi improbitatibus judicum &c. Item: *Quid alius
etiam nunc agitur quam tunc actum est? id est ut qui adhuc Bagaudæ*

non sunt esse cogantur. Hoc vult; Romanorum in*juriis Gallos in obsequio adhuc perseverantes ad rebellionem compelli.* Hinc Prosper; *Omnia pene Galliarum servitia in Bagaudam conspirare,* id est uno consensu rebellarunt. Nam *Bagauda* est rebellione. Eumenius Rhetor de Scholis: *Latrocino Bagaudicæ rebellionis obseffa.*

Eusebius in Chronico lib. i. pag. 35. undecunque id habeat, Galiarios à Romanis appellari dicit Gallicos servos: *ρωμαῖοι, inquit, γαλλῶν μυρτάδες οἱ ἀρχές τῆς τριαντοῖς ἀντιλογίας. Τεύχος δὲ αἰχμαλώπους ἀντῶν καποδελούσαντο, Γαλαρέους καλοῦπες ἀντόνες.* Romanis *Gallorum quadraginta millia interfecerunt, & trecentos insuper; captivos autem illorum servituti subjecerunt, Galiarios illos vocantes.* In quem locum Scaliger: *Hoc nupsiā legeri memini &c. Et sane falso est ullos homines in bello captos & inservitutem redactos à Romanis Galiarios dictos.* At ex Vegetio saltem id constat, quod viro magno non succurrit, *Galearios dictos lixas sive calones, id est militares servos: Lixas, inquit, (quos Galearios vocant) ad natandum exercere percommode est.* Item: *Ex ipsis calonibus (quos Galearios vocant) idoneos ac peritos usū legebant.* Quam vocem ut Romanos putem à Gallis mutuatos, facit Eusebij locus nuper citatus. Hebræis porrò *רַלְגָּיָלָר* vel *רַלְגָּלָר* id ipsum est. Exempla profert partim ex Talmude, partim ex Targum secundo lib. Esther. cap. 6. vers. 12. doctissimus Buxtorfius Talmudici Lexici pag. 431.

Gallorum arma fuere, ut diximus, spatha, gessum, lancea, spatum, cateja, matara, thyreos & cetrum. *Spatha*, Isidoro *spata*, Italis *spada*, Hispanis *espada*, Hebræis recentioribus *שֶׁבֶן ispati*, est Gallorum gladius. Diodorus de Gallis lib. 5. *ἀντὶ δὲ τῷ ξίφῳ πατέας ἔχοντες μαρεῖσι σιδηρεῖσι. pro gladiis autem magnas habent spathas ferreas.* His Romani usi deinceps. Vegetius: *Habebant gladios majores quos spathas vocant.* Spatam definit Isidorus *gladium ex utraque parte acutum, id est discutere anticipitem.* Hoc cæsim feriebant, non punctum, *ἄλλα τὸ μηδαμῶς κέντημα τὸ ξίφος ἔχει,* quia mucrone carebat, ut scribit Polybius lib. 2. Ita etiam Livius

lib. 32. *Gallis praelongi gladij, ac sine mucronibus.* Itaque falluntur qui spatham dici volunt à similitudine שָׁפֹד shphud. (Chaldaeis sic vocant verutum, ut Itali *spedo*, Belgæ *spet*, Angli *spitte*, Germani *Spissz*.) Nam ex descriptione apparuit, Gallicum gladium nihil habuisse simile cum veruto. Sed spatæ nomen factum ex Hebræo שְׁבַת shbat, cuius plurale שְׁבָטִים shbatim. Chaldaei etiam per P' צְפָנִים tzefanim, id est spatas, scribunt. שְׁבֵט est baculus quivis. Sed Psal. 2.9. חֲרֵב שְׁבֵט בֶּרוֹל charab shbat berol baculus ferreus est ensis, ut recte monent Rabbi Selomo & Aben Ezra. Ita spatha vel spata Gallicis, qui nomen generis pro specie usurparunt.

Gessum vel *Gesum* & *Gæsum* quidam pro hastâ sumunt. Servius : *Pilum propriæ est hasta Romana, ut gessa Gallorum, sarisse Macedonum.* Augustinus locutionum de Iosue l.6. Septuaginta interpres qui posuerunt geson (Iosue 8. 18.) miror si & in Græcâ lingua hastam vel lanceam Gallicanam intelligi voluerunt : Ea quippe dicuntur gesa. Suidas : Γέσσα ἡ γεγούς, κόντης, εἴδος ἀμωρηγίς, οἷον δέργατος. *Gæsa* & *gesus*, contus, teli genus, ut *hasta*. Ita etiam in Γέοντι. Εἴ τι δὲ ὄπλαν ἡ κόντης μακρόθεν κεντωτή. Est autem telum aut contus eminus pungens. *Gæsum* tamen est hastile aut jaculum potius quam hasta. Festus : *Gesum grave jaculum.* Hesychius : Γεσσός, ἐμβόλιον ὄλοσίδηγον jaculum totum ex ferro. Proinde singuli bina gerebant. Varro apud Nonium : *cum binis gessis essent.* Claudianus : *binaque gessa tenens.* Virgilius : *duo quisque Alpina coruscant Gesa manu.* Plane ut hastilia ; Idem :

Bina manu lato crissans hastilia ferro.

Ovidius :

— *lævâque hastilia bina gerebat.*

Chaldaeis idem נִסְמָא gisa & נִסְמָא gisfa. Sic 2. Sam. 18. 14. Et accepit תִּהְתָּא נִסְמָא tria gesa in manu sua : Græci τρία βέλη tria jacula, melius quam Hieronymus tres lanceas. Alludit & Hebræum ρῆ chets pro sagitta & jaculo. Mutatur enim cheth in g; ut in galbano ex בְּנָה. Quod pæne omiseram, Athenæus Hispanis etiam gæsa tribuit, γείσων gesorum usum dicens ab iis venisse ad Romanos.

Est &

Est & *ſparum* Gallici teli genus. Paulus : *Rumex genus teli, simile ſpari Gallici.* Festus à spargendo dici vult. Ego *ſparum* ſuſpicor à ferreo acumine dici, quod Arab. dicitur שְׁפָר ijſdem literis, ſono tamen diverſo *sophron*.

Etiam *lancea* Gallicum vocabulum, ſi Diodoro credimus, qui ſic habet : ἀετοῖς λίγχας, ἃς ἐκεῖνοι λαγκιας καλοῦσι. Ta- men Varro apud Gellium lanceam dicit *Hispanicum verbum eſſe*. Et apud Nonium Sifenna videtur ad Germanos referre ; *Gallia* inquit, *materibus*, *Suevi lanceis configunt*. Sed authore Festo, *Lan- cea à Greco dicta, quam illi λόγχω vocant*. Unde & Talmudicis נונח *loncha* dicitur, & Syris לִוְכִיָּה *luchoito*. Nos hanc litem noſtrām non facimus. Tantūm lanceam monemus Hebraicē dici רומח & Chald. *romcha*. Huic valde affine λόγχη. E liquidis enim R & L ſunt maxime permutabiles. Sic λέγεον li- lium; κεράς *clibanus* : *peregrinus*, Gallice *pelerin* &c.

Cateja Isidoro genus est Gallici teli ex materia quam maxime len- ta, que jaectu quidem non longe propter gravitatem evolat, ſed quō per- venit, vi nimia perfringit. Proinde ad catejas pertinent hæc Am- miani lib. 31. Barbari ingentes clavas in noſtrōs conſipientes ambuſtas, mucronesque acriter reſiſtentium pectoribus illidentes, finiſtrum cornu per- rumpunt. Catejæ igitur nomen ab Hebræo verbo *catat*, id est hostiles copias perrumpere & perfringere. Ita ſumitur Num. 11.45. & Deut. 1.44. & 2. Chron. 13.6. & Ps.89.24. & Es.24. 12. & Ierem. 46.5. & Zachar. 11.6. Ex כְּתַח dicendum eſſet Cateja dupli ci T. Sed huic verbo id proprium eſt ut alterum נִאֵית, ut in וְאֶבֶן Deut. 9.21. & in Num. 14.45. & בְּכַת in וְיכֹהֶם Deut. 1.44. Ideo nonnulli referunt ad defectiva vel נִכְתַּת.

Pro matarà Cæſaris in libris ad Herennium ſcribitur *mataris*, in Nonio *materis*, in Hesychio μάταρις, in Strabone μάτηρ, ματηρ, μάτηρ ματηρ; Sed legendum docti monent μάτηρ vel μάτηρ. hodie Gallis *matras*, unde *matraſſer*. Teli Gallici genus erat. Sifer- na: *Galli materibus, Suevi lanceis configunt*. Author librorum ad He- rennium ; Nec tam facile ex Italia mataris transalpina depulsa eſt.

Strabo

Strabo definit πάλτα τὸ εἶδος palti speciem; Et paltum Pollux μῆλον ἀκόνπιον Medicum jaculum. Vocis origo est aperta. Nam Arabicè מַהְרָה matara est jaculari. Giggejus: מַהְרָבָאַלְסָלָחּ telum jecit; אלמְהָרָ jactus, imo jaculatio.

Τυρεὸς idem quod scutum, hoc est clypeus oblongus, ita dictus, ut multi volunt, à similitudine januæ. Sed vox videtur esse barbara. 1. Quia ante Polybium, qui inter Pœnos diu vixit, nemo Græcorum eâ usus est. Addo clypeum Chaldaicè dici חֶרֶם theres, & Arabice ثَرَس. Atque inde verbum חֶרֶם Hebræis idem esse quod scuto se munire. 3. Præterea Τυρεὸν Græci Barbarorum armis accensent. Athenæus sub finem libri sexti scribit Romanos à Samnitibus didicisse Τυρεὸν χρῆσιν. Pausanias in Arcadicis Τυρεὸν thyreos Gallis tribuit tanquam proprios, ut gerra Persis: Ferentes, inquit, parva hastilia & scuta oblonga καὶ τὸν Κελπικὸν Τυρεὸν, ἢ τὰ γέρρα τὴν Περσῶν, ut sunt Celtarum thyrei & Persarum gerrha. Idem in Phocicis de Gallis Sperchium amnem trajicientibus Brenno duce; τὰ ὄπλα τὸν Θηιχωῖον Τυρεὸν ἐποιεῖτο ἔνας @ αὐτὶς χειδιας, scuta nempe thyreos patrios unusquisque pro rate adhibuit. 4. Phœnices igitur verisimile est hujus clypei nomen & usum ex Oriente attulisse. 5. Quamvis utut concederemus Τυρεὸν dici Δόπλον ή Τύρεος, tamen Phœnicia vox esset. Græcum enim Τύρεος, Germanicum thur, Anglicum doore, Persicum date, deflexa sunt ex Syro רְתֵרָה therā, quod vicissim per metathesin factum ab Hebræo שְׁרָה.

Cetram, brevioris clypei genus, Virgilius Oscis tribuit, Hispanis Plutarchus & Silius, Isidorus Afris, Tacitus Britannis. Id ipsum Cætrea vel Cyrtæ, quas Iberis & Celtis adscribit Hesychius: Καιρτζεας, inquit, ὄπλα ι' Εγερτα, γόνος οὐκ οὐρπιας. Item, Κυρτίας Κελπίτας αυσιδιας. Puto Phœnices dixisse כְּתִירָה cetera pro כְּשִׁירָה cesera, literis שׁ & תְּ & הְבָ & תְּרָ & כְּשִׁירָה & כְּתִירָה &c. pro מְנֻן id est clypeo, reperitur in Chaldæa paraphrasi Prov. 6. 11. Idem erat citura Mauris. Vetus scholiares ad hæc Iuvenalis Sat. 11. Et Gætulus Oryx. Oryx animal minus quam bubalus, quem Mauri uncem vocant: cuius pellis ad cituras proficit, scuta Maurorum minora.

Mangas, mangana, mangonalia (vernacule *mangoneaux*) ut petrarias Gallorum machinas memorat in Poliorceticis doctissimus Lipsius. Abbo :

*Mangana que proprio vulgi libitu vocitantur,
Saxa quibus jaciunt ingentia.*

Græcum esse probant ex veteri glossario, in quo ballistra redditur μάγγανον πολεμικὸν. Tamen Græcè μάγγανον non machina, sed machinatio potius, saltem apud vetustiores. At pro machinâ occurrit in secundo Thargum Esther & passim in Aramum scriptis. Mangaforte & Mangana, & synonymæ voces μηχάνη & machina fiunt ab Hebræo מַחְנֵה mechî, unde compositum מַחְנָה pro machina helepoli Ezech. 26.9.

Carnon pro tubâ Galli usurparunt. Hesychius : Καρνόν τὸν στίλπτυχον, Γαλάτην. Arabes etiam קָרְנוֹן carnōn dicunt, & Syri קָרְנוֹן carno vel carna, unde & Romani cornu.

Curruum ut genera sic & nomina plura fuere apud Gallos : benna, petoritum, carrus vel currum, covinus, effidum, rheda. Benna, inquit Festus, lingua Gallicâ genus vehiculi appellatur, unde vocantur combennones in eâdem bennâ sedentes. Benna Germanis hodie benne, & nostratis banneau. Nomen fecere אֲוֹפְנִים ophannim rotæ. נֶעֱלָה excidit, quia non est radicale. Sic aliud rotæ nomen Hebræum נֶלְגָּה etiam pro curru sumitur Ezech. 23. 24. Et plastrum עַלְלָה dicirur à rotarum rotunditate. Et aliud genus Gallici currus petoritum Festus dici existimat à numero quatuor rotarum. Nempe Massiliensium, à quibus Galli numeros didicerant dialectus erat Aeolica. Nam ex Phoceâ venerant, quæ est urbs Aeolidis. Aeolibus autem πίστιγες & πίτριγες & πέντες idem sunt quod Ionibus πέτραγες. Cambri hodie dicunt pedwar, & Britanni Galliæ pevar.

Carri vel carra sunt currus quibus vehuntur impedimenta exercitus. Cæsar è Gallia creditur hanc vocem in Latium intulisse, quamvis ante Cæsarem etiam Varro & Sisenna usurpaverint. Carrus vernacula linguâ char dicitur, & Thalmudicâ קָרְנוֹן caron. Sic נְכֻלָּה הַיּוֹשֵׁב בְּקָרְנוֹן carri bellici, qui sedet in carro, נְכֻלָּה adducta est in carro. Radix est קָרְרָה karar, unde nomen קָרְרָה karar, id est

id est auriga. R in קָרְוִי non geminatur, quia non fert lingue
Hebrææ genius. Sed Arabes scribunt קָרְוּ karron.

Fuit & covinus currūs bellici species apud Gallos & Britan-
nos, quibus hodieque Cowain est vehere. Lucanus lib. i.

Et docilis rector monstrati Belga covini.

Vel ut corrigendum me monuit vir doctissimus Isaacus Vossius,
— *constrati Belga covini.*

Mela de Britannis lib. 3. cap. 6. *Dimicant bigū & curribus, Gallice
armati. Covinos vocant.* Inde *covinarius* pro aurigâ apud Tacitum in Agricolâ. Covinus Chaldæis est נַסְפֵן goṣ̄han. Sic Es. 10. 32. legitur Sennacheribus habuisse in exercitu אֲדָבָעִין אֶפְ' נַסְפֵנִין quater mille covinos.

Essedum etiam esse Gallicum vehiculum discere est ex his Poëte:

Belgica vel molli melius feret effeda collo.

In quæ Servius: *Belgica effeda Gallicana vehicula, nam Belgica, civitas est Gallia; in quâ hujuscemodi vehiculi usus repertus est.* Et Philar-
gyrius: *Effeda autem vehiculi vel currūs genus quo soliti sunt pugnare Galli. Cæsar testis est libro ad Ciceronem tertio. Multa millia equi-
tum atque Effedariorum habet.* Essedum Hebræis est הַסְרָה hassedan, ut in Hebræorum adagio de rebus præpostoris וְנַמְשְׁכוּ הַסְרָה וְאַחֲר הַסְרָה & trahuntur equi post hassedanim, id est post effeda. Sic יְרֻנוֹת vel pro curribus occurrit in Chaldæâ paraphrasi Ionathanis Gen. 45. 19. 27. & 46. 5. Græce Σαῦναι sunt plaustra. Hesychius: Σαῦναι, οἱ ἀμάξαι.

Supereft rheda. de quâ Quintilianus lib. i. cap. 9. *Plurima Gal-
lica valuerunt, ut rheda, petoritum quoque, quorum altero Cicero tamen,
altero Horatius utitur. Sic & Chaldæis רְרָא rheda est currus, cuius
plurale רְרוּות rhidwot legitur in Ionathanis & Ierosolymitanâ
paraphrasi Exod. 14. 25. Agitur de bellicis Ægyptiorum curri-
bus; à singul: רְרָא factum plur. סְרוּות ut רְרָא à labium.*

I V. In Gallicis vestibus censemur rheno, sagumi, linna, gau-
nacum aut gausapa, bardiacus, bardocucullus, bracæ, maniaci. In his
Rheno est Græcum πίνος. Scaliger paulo aliter: *Id videntur acce-*

pissē à Græcis qui πνας τὰ μῆλα vocant. Absurdè à quodam hūc refertur סָרְנוֹן Sarhenon ex Beresith Rabba & Baal Aruc pro כהונת שׁוּר pelliceā veste. Neque enim legendum Sarhenon, sed σίσυρον. Libycum est vocabulum teste Hesychio, qui Libyas dicit σίσυρον vel σισυρίων appellare τὸ ἔκ τῶν καδίων ράπτόμενον ἀμπεχόνιον pallium ex villosis pellibus consutum. Hinc & ס'סְרָנָה sisyrna legitur in Talmude Hieros. tractatu Nedarim cap. 7. ut observatum à Buxtorfio. Videntur idem esse σισύρη & σίσυρος, quamvis distinguant Hesychius & Aristophanis Scholiaestes in Avibus. A sisyrnâ Baleares vocantur à Lycophrone σισυρνόδην.

Sagum Gallicum esse vestimentum testatur Varro. In his, inquit, multa peregrina, ut sagum, rheno, Gallica. Sagum aliud majus pro stragulâ, quod proprie gaucum, aliud minus pro veste; quæ rursus duplex, hyemalis & aestiva. Diodorus: Πτιπρωῦ τῷ σάγους ράβδωτες, τὸ μὲν τοῖς χειμῶσι δασεῖς, καπὲ τὸ θέρος ψιλούσι. Hyemale proprie sagum, aestivum linna dicebatur. Illud definio pannum quadratum ex lanâ crassâ & villosâ, quod fibulâ necabantur. Figura ex Afranio nota, qui habet sagos quadratos; & ex his Isidori: Sagum Gallicum nomen est. Dictum autem sagum quadratum, eo quo apud eos primum quadratum vel quadruplex erat. Quadruplex id est quadrilaterum. De fibulâ sic Diodorus: Πτιπρωῦ τῷ σάγους. Plutarchus itidem: ὁντὶς σάγον ἐπεπορήμενος μέλανα. Et Vairo apud Nonium: Cum neque aptam mollis humeris fibulam sagu ferret. Materiam describit Strabo lib. 4. ἡ τεχεῖα μὲν ἀκρομαλλοῦσι, ἀφ ἵσ ποὺς δασεῖς σάγους ἐξ φαίνουσιν. Lana autem est aspera & oblongis villis, ex qua densa saga contexunt. Et lib. 3. ubi de Celtiberis: Φοροῦσι τῷ σάγους μέλανας τεχεῖς, καὶ οὐαπλήσιον ἔχοντες τὸ ἔργον τῷ αἰγαίῳ θοῖξ. Ferunt saga nigra & aspera, quorum lana proxime accedit ad caprinas pelles. Nec multo aliter Hebrei Scholiaestæ in Talmudicum tract. Kelim cap. 29. sagum definiunt בְּנֵי יִשְׂרָאֵל אֶמְרָה: sagus סָנוּט vestem ex lanâ crassâ. Baal Aruc in וְשַׁל אֶמְרָה: sagus. Sed & in Hieronymo saga cilicina legas Exod. cap. 26. 7. pro Hebr. סְרָבָה עַזְבָּה. Unum addo, sagum olim habitum pro veste moeroris.

mœroris. Orosius lib. 5. Cumque ab exercitu imperator appellatus esset, Romamque nuntios de victoriâ misisset, Senatus sagum, hoc est vestem mœroris, quam exorto sociali bello sumpserat, hac spe arridente depositit. Ex his locis colligas Gallorum sagum pœnè idem fuisse quod ρωσικόν sac, id est saccum Hebræorum. Pro quo Arabs interpres τοῦ μέτωπον & vulgatus cilicum habent. Erat enim villosa vestis vel cilicina. Hinc Esaias sacco vestitur cap. 20. vers. 2. id est veste villosâ de more Prophetarum. 2. Reg. 1. 8. Et Zachar. 13. 4. Et ad hæc Esaiæ verba cap. 50. vers. 3, Induo cælos atrore, velut saccum pono operimentum eorum, Johannes ita alludit Apoc. 6. 12. Sol factus est niger ut saccus cilicinus. Saccus denique in luctu sumebatur, quod nemo nescit. Isidorus saccum & sagum vident esse valde affinia, proinde statuit saccum à sago dici, cum contra sagum à sacco fiat. Saccus enim est antiquior.

Densa Gallorum saga Strabo λαίψαις lenas vocari dicit. Nempe lena idem quod χλαῖψαι, οὐδὲ τὴ χλιαινὴ, ut volunt. Sed linna est sagum mollius. Isidorus: Linna saga quadra & mollia sunt de quibus Plautus. Linnae cooperta est textrino Gallia. Linna Diodoro est αἰγαὶς φύλαξ, & Varroni. mollis sagus. Nomen habet à mollitie. Arabicè saltem لِين lein mollem significat, & لِنَة lin lina molliiem. Nulla est vox frequentior.

Gauinacum Varroni est majus sagum & amphimallon. Sed Græci pro amphimallo definiunt heteromallon, id est unâ parte villosum. Hesychius: καύρανη, ερώματα ἡ θηλεόλαχα ἐπομαλλῆ. Vocém esse Persicam docent hæc Aristophanis in Vespis: οἱ μὲν καλοῦσι Περσίδι, οἱ δὲ Καύραντε. Eodem recidit quod Pollux Babyloniam esse dicit: βαβυλωνιῶν δὲ ἐστὶν οἱ καύραντες. Sic Aelianus mures describit circa Teredonem Babyloniam, quarum pelles in vestium usum consutas ad Persas ferri dicit, & incolarum sermone vocari καύραντες ut quidem legit Gesnerus. Gaunace igitur vel gaunacum est Chaldæorum גונכָא gunca. Hinc Iudic. 4. 18. Iahel Sisaram decubentem operuit בְּנֵנְכָא gaunaco. Ubi Kimchius: est stragulum crassius ex utrâque parte villosum. Quæ est definitio Varronis: Rursum 2. Reg. 8. 15. גִּנְסִיב גִּנְכָא. Et accepit

gaunacum, & immersit aqua, & expandit superficiem ejus, & mortuus est. Hebr. est. מכבָר quod exponunt pannum densum aut ciliicum. Et priore loco est שמיִכָה stragulum, cui nomen à densitate. Nam Chald. סמכה & Arab. סומכא est crassities, densitas.

Gaunacum in Isidori glossario exponitur gausapa. Gausapa Talmudicis est גושפָק' Baal Aruc גלופְקֶרַן וְאוּרִין definit *crassa & villosa pallia, quorum usus est pluvia tempore.* Id ipsum gausape & gausapine. Ideo à Martiali pro paradoxo habetur :

Mense vel Augusto sumere gausapinas.

Et in apophoretis inde commendatur Gausapina, quod præ solito tam sit tenuis, ut vel æstivis mensibus possit esse usui :

Is mihi candor inest villorum & gratia tanta,

Vt me vel mediæ sumere messé velū.

Bardiacus est Gallicæ lacernæ genus, de quâ Martialis lib. 4. epigr. 4.

Lassi bardiacus quod evocati,

Malles quam quod oles olere, Bassa.

Fallor aut pro Bardiaco dicebatur etiam *Bardus*. Inde compositum *Bardocucullus*, de quo mox. Alludit Talmudicum בְּרֵדֶס bardes, in plur. בְּרֵסֶס' 1. Aruc bifariam explicat. בְּנֵי צָמֵר 2. barda ex lanacraffiore quibus teguntur leeti. בְּנֵי חֲפֹרֶן vestimenta ex lana inconsutilia, qualis erat Christi tunica. Sed error est manifestus ; quia Talmudici multis disputant in tract. בְּלָא' an vestis licita sit bardes : & licitam esse concludunt, si consuta sit filis cannabinis ; at secus si laneis. Ergo non fuit ἄρρεφος inconsutilis. Eodem alludit Arabum בְּרֵד bord vel בְּרֵה bordu, quæ definitur à Giggeo vestis variis lineis contexta & variegata : Nigra vestis flavo colore intexta, quam induunt Arabes. Nomine ut videtur deducto ab hac ipsa colorum varietate. Sic Gen. 31. 12. בְּרֵד dicuntur agni & hoedi qui variis coloribus erant interstincti & interpuncti. Inde lux Augustini verbis ep. 68. ubi de Circumcellionum immanitate : *Presbyterum &c. burdā vestitum, cum quibusdam dolendum, quibusdam ridendum in pom-*

in pompâ facinoris sui ostentassent. Et rursus epist. 166. de eodem, ut videtur. Restitutus Victorianensis &c. quare raptus est de domo, suâ, casus, in aquâ volutatus, burdâ vestitus: Id est veste varia in derisionem presbyteratus.

Cucullus putatur aliud fuisse Gallis quam vulgo, nempe pallij genus. Ut Britannis hodie *cucul*, & Hebræis ככלה cucula. Sic in Ielammedenu עשו מלוכש כבלא ויעקוב מלוכש צ'ץ'ח *Esan* vestitus erat cucullo, & Jacob ueste simbriata. Ibidem ככלה exponitur בלבם chlamys. Inde compositum bardocucullus pro pallio breviore. Martialis :

Gallia Santonico vestit se bardocucullo,

Cercopithecorum penula nuper erat.

In Capitolini Pertinace leguntur *cuculli Bardaici*, tanquam à Bardeis vel Bardæis Illyrici populis, qui Ptolemæo οὐαρδαῖοι vel οὐάρδεοι. Sed aliis potior lectio, *cuculli Bardiaci*.

Gallos dicit Diodorus uti ἀναξυρίσιν ἀς ἐκεῖνοι Βεγίας τε Καζαρεύσοι femoralibus quas illi bracas vocant. Inde Hesychius : Βεγίαις, ἀναξυρίδες. Et alibi : Α'ναξυρίδες, Φημισάλια, Βεγκία βαρβαρικὰ. Origo vocis בְּרֵך berec genu; Nempe ut à femore dicuntur femoralia, & à cruribus σκέλεται, & talaria à talis, & à pedibus πόδες: Sic à genibus bracæ vel bracce, quia infra genu & ad crura usque descendunt. Agathias de Francis lib. 2. ἀναξυρίδες οἱ μὲν λινας, οἱ δὲ σκυτίνας Διαχωνύμενοι τοὺς σκέλετοι κείμπιχοι). Ex eadem est origine בְּרִי' braciar, id est corium seu ventrale opificum quod genua contegit. 7 in fine additum ut in סנְרִיל & similibus.

Maniacum definit Polybius lib. 2. Χρυσὴν ψέλλιον ἡ Φοροῦσι τεὶς χεῖρες ἢ τὸ τράχηλον εἰς Γαλάτην. Torquis aut monile aureum quod ferunt Galli circum collum & manus. Falluntur qui à manu deducunt. Est enim Chaldæum מַנִּיבָא menica, quo pro torque utitur Daniel cap. 5. vers. 7. ut & paraphrastæ passim.

Accedit etiam ad Ebræum, Syrum, & Arabicum purpuræ nomen, אֲרָנוֹן arguan, Gallicum virga. De quo Servius in illud Virgilij de Gallis lib. 8. AEn. *Virgatis lucent sagulis.* Bene allusit ad Galli-

Gallicam linguam, per quam virga purpura dicitur. Virgatis ergo, ac si diceret purpuratis. Interim absit à me ut putem Virgilium hoc voluisse quod illi imponit Servius. Quid sint virgata sagula, multi exponunt: sed nemo melius Scaligero conjectaneis in Varronem lib. 4.

V. Animalium nomina sermonis Gallici veteris pauca super sunt. Tamen in iis paucis palam estid quod diximus, pleraque esse Phœnicia. Hebraicè רַמָּא ramac est equa. Est. 8.10. Inde marc equus Gallis, per literarum trajectionem, ut in formâ ex Græco μαρχή. Marc equum fuisse scimus ex Pausaniâ. Cujus hæc verba in Phocicis: ἵππων τὸ ὄνομα ἵσω τὸ μαρχάς ὄντες τὸ τῶν Κελτῶν, unusquisque sciat, à Gallis equum vocari marcam. Māppas reponendum suspicantur Camerarius, Sylburgius, Amerbachius, alii, ut proprius accedat ad Germanicum *mare*, id est equum. Sed vanam esse hanc suspicionem multa docent. 1. Quod ex *marca* Pausanias deducit alteram vocem Gallicam τειμαρκίσια, id est equitum agmen. 2. Quod in legibus Boaricis eodem modo scribitur: *Si quis aliquem de equo suo deposuerit, quem marc Galli vocant.* Item: *si equus est quod march dicimus.* 3. Quod marc vel *marck* pro equo hodieque est in usu apud utrosque Britanos, Galliæ inquam & Angliæ. 4. Adde voces Germanicas inde conflatas, ut *marck schalck* pro equorum vel equitum ministero, & *marckstaller* pro equorum stabulario, id est magistro stabuli.

Rhaphius est animal quadrupes. De quo Plinius: Pompeij Magni primum ludi ostenderunt Chaum, quem Galli Rhaphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. Lupum cervarium intelligi docent hæc ejusdem Plinij: *Sunt in luporum genere qui cervarij vocantur, qualem è Galliâ in Pompeij Magni arena spectatum diximus.* Nomen Gallicum, ut puto, erat רְחַבְּבִי rhabbi, quasi famelicum dixeris; quia creditur esse animal insatiabile. Idem Plinius: *insatiabilia animalium, quibus à ventre protinus recto intestino transeunt cibi, ut lupis cervariis.*

Abranas Galli simias vocabant. Hesychius: Α'εργας, Κελποι

τὰς αρκοπούλους. Quomodo Arabes אַבְרָם abrama à singulari בָּרָם boram. ita legitur in Giggeo.

Baracace ijsdem erant hircorum aut caprarum pelles. Hesychius : *Βαρανάς*, ἀγνός (lege αἴγανος) ἀφρέας οὐρανὸς Κελπῖς. Nempe Chaldaeis & Syris *berach* vel *ברחה* *barcha* est hircus. A Talmudicis dicitur conjunctis vocibus *ברחה-קרחא* *barcha-karcha*, ad verbum *hircus calvus*. Sic in tractatu Sanhedrim : Quid est *Afima* 2. Reg 17. 30. est *ברחה קrhoה* *hircus calvus*. Ita etiam exponit Kimchius in notis in hunc locum. *Hircus calvus* dicitur *ex verbis kartha* *לפִי שָׁעֵן לוֹצֶר* quia non habet lanam. Ex *barcha karcha* Galli fecerunt *baracacas*.

Taxeæ pro larido fit ex Hebræo דְּשֵׁן *daxen*, id est saginare. Isidorus : *Taxeæ lardum est Gallicè dictum*, unde dicit Afranius in rosa, *Gallum saginatum pingui pastum taxea.* ¶ per x effero more Hispanorum.

Lug, unde Lugduno nomen, corvum exponit Clitophon Rhodius historicus, qui τῶν Κτίσεων sive Originum libros scripsit; ex quorum decimo tertio hæc citantur apud Plutarchum libro de flaviis in Arari : *Cum Momorus & Atepomarus à Seseroneo regno dejecti, in eo colle ex oraculi præcepto urbem aedificare vellent, jactū jam fundatū, corvi subito apparentes, expansis alis arbores quæ circa erant replevere.* Momorus autem augurij callentissimus civitatem Lugdunum vocavit. λοῦχον γὰρ τῇ σφῶν Διαλέκτῳ τὸ πόρχηα καλοῦσιν, δουῶν ὃ τόπον ἐξέχοντα. *Lugum enim lingua sua corvum vocant.* Dunum verò locum eminentem. *Lug* pro corvo videtur factum ex Arabico לְקָחָה *lukcha* ejusdem significationis. Vide Giggejum & alios Lexicographos.

Bardea vel *bardala* Gallice est alauda, si Turnebo credimus. cuius verba sunt Adversari, lib. 13. cap. 25. *Bardi* apud Gallos sunt cantores, & *bardea* vel *bardala* alauda. Quod idem in antiquo lexicō se legisse profitetur lib. 20. cap. 37. Rationem nominis non capio, nisi quod videtur esse vox composita ex Syro בָּרָר *bar*, id est filio, unde *bargeza* est halcyonetus, בָּרָהָדָה *barhaddaja* species accipitris, בָּרָיְנָה *bar jucne* avis magna, Judæis apponenda in epulo Messia.

In Arari fluvio pisces gigni scribit Callisthenes τῶν Γαλαπηκῶν lib. 13. qui ἀνξεμένης τὸ σελήνης λευκός ἐστι, μειομένης ἢ μέλας γίνεται παντολῶς, Crescente lunā albus est, decrescente autem totus nigrescit. Pisces ille ab incolis, eodem autore, κλύπτια Clupea dicitur, nempe ab hac mutatione. Phoenicibus enim חלף chalaph est immutare, & חלוף chaluph mutatus. Porro Gallos iam saepe notavimus mutasse chet in kappa. De hoc eodem pisce Ennius in Phagiticis apud Apulejum:

Omnibus ut clupea præstet mūstela marina.

Et Plinius ubi de Padi attilo: *Hunc minimus appellatus clupea venam quandam in faucibus ejus mira cupiditate appetens morsu exanimat.* Minimum appellat præ attilo, qui inertiâ pinguescens ad mille aliquando libras, catenato capitur hamo, nec nisi boum jugis extrahitur. Alioqui clupea vocatur à Callisthenes μέρας ιχθύς, & putatur esse alausa, quæ nonnunquam superat cubiti magnitudinem. Huc facit quod alausam Veneti chiepam vocant, voce à clupeâ deflexâ. Addo pisces esse valde spinosum, quod de clupeâ scribit Callisthenes: ὑπερανξήσους ἢ τὰδ τῶν idīων αὐτῶν αὐταρπῆτα cum in extremam magnitudinem crevit, à propriis spinis interimitur. Proinde alausam Græci recentiores pro θρίστᾳ Φερόστῳ vocant quasi διπλῷ Φερόστῳ, quod est spinis inhorrescere. Et recentiorum quidam ficto nomine aristosum pisces appellant. Sed hæc sunt alterius loci.

Man Teutonicâ lingua esse hominem, nemo nescit. Germanis & Gallis commune fuisse vocabulum, multis asserit Cluverius, & inde dici Germanos, Alemanos, Cenomanos, Marcomanos, Normanos &c. Origo vocis est in Tacito, qui de Germanis scribit: *Celebrant carminibus antiquis Tuitonem Deum terrâ editum, & filium M A N U M originem gentis conditoresque.* Utrumque acceptum ab Ægyptiis, à quibus in Diis maxime colitur Theuth seu Mercurius tanquam artium & scientiarum repertor, & in hominibus Menas vel Menes, quem omnium hominum primum in Ægypto regnasse asserunt. Herodotus lib. 2. Βασιλεῦσση ἢ Αἰγύπτια πεδῶν ἀνθράκων ἐλεγον Μῆνα. Diodorus lib. 1. μετὰ

τὸς θεὸς τοῖνα πεῖπόν φασι βασιλεῦσσαν Ἀἰγύπτια μενᾶν. Africanus ex Manethone: Μενὲ νέκυας τὸς ἡμιθέους, &c. οὐ μήντι Θείτης ἐγείρεται. Post mortuos semideos &c. primus regnavit Menes Thinites. Tale est, quod teste Tacito, pars Sueorum & Isidi sacrificat. Et ad Astartes Deæ Phoenicum nomen alludit *Aestar* vel *Easter*. Ea fuit Dea Saxonum, cui mense Aprili sacrificarunt. Unde Aprilium mensem vocarunt *Easter monath*, ut scribit Beda in libro de temporibus. Quin hodieque Angli Paschales ferias appellant *Eastertime*. Quid quod Germanos Hebræi volunt Chananaeorum esse progeniem, ut alibi probavimus ex Aben-Ezra.

Addo ex Suetonio Galbam imperatorem primum Sulpiciorum cognomen Galbae tulisse, quod pinguis fuerit visus; quem galbam Galli vocant. Nempe Galba factum ex חלב cheleb, id est pinguedo, ut galbanum ex חלבנה chelbena.

Pro corollario sit, quod Britanni nostrates galli cristam *cribell* appellant, ut Hebræi כרבְל carbel & cirbel.

VI. In herbis vix quicquam video, quia Gallica herbarum nomina in Apulejo & auctario Dioscoridis pleraque sunt corruptissima. Tamen pauca hæc videntur esse Phœnicia. Hedera Gall. εγκίτης, Hebr. חצוב hasub. Pulegium Gall. ἄλεον, Mauris alvegen in Pandectario. Male legitur ἄλεον in auctario, inverso γ. Melissophyllum seu apiastrum Gall. μελισφύλλον, Arabice مرماهور marmahor. Ayic. lib. 2. Pro μελισφύλλον in Dioscoride perperam scriptum μελασφύλλον. Gnaphalion Gallis γελαστὴν ab Arab. جلسة galasa, quod sedere est, quia ex ejus foliis fit tomentum quo sedilia & culcitæ inferciuntur, unde & Græcum nomen est. Galenus de simplic. l. 6. c. 3. §. 11. de gnaphalio, ἀνόματη μὲν ὅτας δπὸ Φύλλοις αἵτις, μαλακοῖς ὅπιν, ἀντὶ γναφάλων χρῆσθαι. Inde nominata est quod foliis ejus mollibus pro tomento utantur. Male editio nupera somneto pro tomento. Dioscorides: τέττα τοῖς Φύλλοις πνὲς ἀντὶ γναφάλων χρῶνται λευκοῖς ὅπι μαλακοῖς. Quix Plinius ita reddidit l. 27. c. 10. Gnaphalion alij chamazelon vocant, cuius foliis albis mollibusque pro tomento utuntur. In pentaphyllo apud Dioscoridem & Apulejum, prior pars vocis

palam est Aeolica, sed posterior Phœnicia. Nam רְלִיּוֹת *dalioth* frondes reddunt Ezech. 17.23. Inde igitur Gallis *dula* folium & *pemedula* quinque folium. Sic Cambris hodieque *deilen* est folium, & *pymp* quinque. Armoricanii Britones *pemp* dicunt, & *delis* vel *delion* pro *folio*. Iisdem eith est frumentum, & *bala* panis, ex Hebreis חַתָּה *hitta* & בָּר *bar*. Et ut vinum Syri חֲמַרָּא *chamra*; ita zythum, quod pro vino erat, Galli vocabant *corma*. In Atheneo legebatur, καλεῖται δέρκημα. Sed ex epitomâ & membranis corrigit doctissimus Casaubonus: καλεῖται ἡ μόρμα. Dioscorides habet κέρπις, Marcellus itidem *curmi*.

Gallorum Druidas dicit Plinius *Samolum* herbam nominasse, nascentem in humidis, quam sinistrâ manu legi à jejunis oportebat, contra morbos suum bouisque, nec respicere legentes. Quam herbam describat, nullus scio. Sed *Samolus* dicta videtur à superstitione ritu illam legendi sinistrâ manu. Hebr. שְׁמָל *shemol* vel *samol* est sinistra.

Servius in 2. Georg. ubi de volemis pyris: *Volema*, inquit, *Gallica lingua bona & grandia* dicuntur. Sic Arab. פֵיל *pheilem* & פֵילְמָנִי *pheilemani* est magnus.

V 1 f. Jam pro mantisâ libet Geographica quædam & Chorographicâ Gallorum vocabula ex Phœniciâ linguâ interpretabi. *Leuca* vel *leuga* fuit olim & est hodieque viarum mensura apud Gallos. Hesychius: λευκὴ, μέτρον περ γάλακτος, *leuca* mensura quædam Gallis. Nam pro γάλακτος legendum esse γαλάτης Meursius recte monuit. Isidorus: *Mensuras viarum nos millaria dicimus*, Greci *stadia*, Galli *leucas*. Et paulo post: *leuca finitur passibus quingentis*. Legendum *mille quingentis*, quomodo apud Iordanem vel Iornandem: *Leuga autem Gallica mille & quingentorum passuum* quantitate metitur. Quamvis ne sic quidem constet numerus. Ut ut enim leucæ Gallicæ sint valde inæquales, tamen ubi sunt brevissimæ, continent minimum bis mille passus. *Lefcam* pro leucâ dicebant veteres, ut *alafdam* & *cafneas* pro *alauda* & *cauneis*, ut jam ante probavimus. Porro *lefca* factum ex Phœniciis vocibus אלְף *knay* eleph-canim utrinque decurtatis. *Eleph-canim* sunt millæ

millæ cannæ. Canna Phœnicum erat אַמְתָּה וְתִפְחָה sex cubitorum & palmi. Ita habet Ezechiel. 40. 5. Itaque mille cannæ, si cubitus Phoenicius nostro esset æqualis, darent passus M D C C C L X V I . Sed cum sit aliquanto major, mille cannæ dant circiter bis mille passus.

Apud utrosque Britannos *bro* regionem vel agrum sonat, ut Syris בָּרָא *baro*; & hec vel *uhel excelsum*, ut Hebreis הַלְּבָנָה *halvel al*, & Syris ἄλιον *ellojio*. Inde à Gallis dicti Allobroges qui montanam Sabaudiaæ regionem obtinebant. Hoc multo verisimilius quam quod scribit vetus Juvenalis Scholiastes: *dicti sunt Allobrogæ, quoniam broga Galli agrum dicunt, allo autem aliud; dicti igitur quia ex alio loco translati.* Allo aliud significat, sed Græcè, non Gallicè. Interim hoc accipimus quod *broga* vult Gallis agrum sonare; quod sermo Britannicus adeoque Syrus confirmant.

Utrisque Britannis *penn* vel *penn* est caput; & montis cacumen summum. Inde Pœnninis Alpibus nomen, non à Pœnisi, ut volunt. Neque enim per Penninum jugum Annibal in Italiam ingressus est, sed per Taurinos, ubi triginta sex millia hominum, ingentemq; numerum equorum, & aliorum jumentorum, amisit. *Id cum inter omnes conflet,* (inquit Livius l. 21.) *eō magis miror ambigi quānam Alpes transferit:* & vulgo credere (leg. vulgo credi vel vulgus credere) Pœnnino, atque inde nomen & *jugo Alpium* inditum, transgressum. Et paulo post: Neque hercule montibus his (si quem forte id movit) ab transitu Pœnorum ullo Veragri incole juri (leg. *jugi*) ejus norunt nomen inditum; sed ab eo quem in summo sacratum vertice Pœnninum montem appellant. Iovem fuisse putant qui Pœnninus ideo dictus sit, quod aram vel facellum habuerit in summo *penn*, id est vertice Alpium. Petitum id ex sermone Hebræo quo פְּנָה *pinna* proprie angulum sonat, sed & fastigium montis quod in angulum desinit. Sic Sophon. I. 16. הַפְּנָה וְתִבְחֹות Chaldæus reddit רַמְחָת אַמְטָה *colles excelsos*. Aben Ezra etiam dicit idemesse quod נְבֻעָה *colles*. Unde ductâ metaphorâ Iud. 20. 2. & I. Sam. 14. 39. duces populi vocantur פְּנָה *pinnoth*, Chaldæus habet ר' ש' *capita*. Vide & Soph. 3. 6. & Zach. cap. 10. vers. 4. & Es. 19. 13.

Alpes Gallorum linguâ vocari montes altos scribunt Isidorus & Philargyrius. Et Eustathius in Dionysium Αλπινού dicit idem esse quod τὰ καλυστέα clusuram. Græci recentiores ita nominant τὰ ὄχυρά πατα τῶν Άλπεων. Tamen plerisque visum Alpes dici ab albedine nivium. Festus : *Album quod nos dicimus, à Greco, quod est ἀλφον, est appellatum. Sabini tamen Alpum dixerant. Vnde credi potest nomen Alpium à candore nivium vocitatum.* Ety-
mologus : *Άλψ τὸ ταλῆνος τὸ λευκῆς χιόνος, Αλπις σκληρή τὰ ὄχη.*
Nempe in summis Alpibus, ut recte Silius lib. 3,

— una pruina

*Carentis, quācunque datur promittere visus,
Ingeritur facies.*

Itaque ut alpus & albus, ita Αλπεια ὄχη νῷ Αλβια dicuntur pro variâ dialecto : ut post Strabonem notant Stephanus & Eustathius. Neque vox Gallorum fuit propria, cum illam Sabini et jam Græcique usurpaverint. Debetur tamen Phœnicibus, quibus לבן laban erat albus, & אַלְבָן alben formâ Syrâ albescere. Unde & Libano nomen, quem Paraphraſtæ vocant אֹלְבָנִי Olbanim Cant. 4. 11. Quippe in Libani vertice nives tam perpetuæ sunt quam in Alpium jugis. Hieronymus in Ieremiam lib. 4. *Nix de Libani summitatibus deficere non potest, nec ullo ut omnis liquefacit Solis ardore superatur.* In Cretâ etiam Λευκὰ Leuca dicta sunt Idæ montis vel prope Idam juga quædam in quibus nix nunquam deficit. Theophrastus hist. plant. lib. 4. cap. 1. Εν Κρήτῃ γεν Φασι, ἐν τοῖς ίδαίσις ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς λευκοῖς καλγμένοις, Πᾶν τῶν ἄκρων ἐπερ γένεται οὐπλείπειχών. In Cretâ igitur, ut ajunt, in Idæis montibus οἱ in qui Leuci vocantur, ubi nix nunquam deest. Non tamen de nihilo Αλπινού alijs altum montem explicant, cum & al celsum sonet, & pen collem aut verticem montis, ut jam ante monuimus.

Qui Cemmeni montes dicuntur Straboni & Ptolemaeo, re-
ctius Cæsari, & Pomponio, & Plinio, & Ausonio, & Lucano
Gebennæ vocantur & Gebennici. Sunt & libri bonæ notæ in
quibus Cebennæ scriptum, quod propius accedit ad yernacu-
lum nomen *Les Cevennes*, & Britannicum *Keven*, quo vocabulo
Cam-

Cambri montis dorsum appellant, teste Camdeno. Montes porro Gebennici à Strabone definiuntur πάχις ὄρεν τεῖς ὄρθας τῆς Πυρίνης, dorsum montanum ad rectos angulos Pyrenæ incumbens. Sic נֶגְבִּינָה gebina Syris est supercilium montis Luc. 4. 29. Et Hebræis נַכְנֵי תַּחַת gibnum celsi montes Ps. 68. 17. quod Hebræi deducunt à nomine גִּבְּנָה gibben. Id gibbosum significat. Levit. 21. 20.

Dun Gallis erat collis, ut hodieque Germanis & Britannis & Anglis. Clithophon : Δύνον καλός τὸν ἐξέχοντα. Locum eminentem Dunum vocant. Inde Lugdunum corvi collis, ut idem docet apud Plutarchum & Stobæum, quia colli est imposita. Senecæ epist. 91. Civitas uni imposta & huic non altissimo monti. Itaque apud Strabonem, ubi dicitur Λέγθενον ἐκποσμένον τόν λόφον, legi mavult vir magnus Θηλ λόφος; Quamvis utrumque sit verum. Vrbris enim pars una in ipso colle est, altera colli adjacet. Sunt & alia Galliæ & Britanniæ oppida triginta minimum in dunum desinentia, ut Augustodunum, Axellodunum, Iuliodunum, Melodunum, Noviodunum, Sedunum, Vellainodunum &c. quia omnia sunt in collibus & locis editis. Scribitur & per T, ut Lingonum metropolis Andomatunum in Ptolemæo. Atq; id accedit proprius ad יונ tun Arabum. יונ tun propriè est quod eminet inter res duas æquales. Vide Giggejum.

At contrariâ significatiōne Dun Britannis est inferius, ut Anglicè down, & Arabice دُن douna, quæ sedulo sunt distinguenda. Hinc Ptolemæo Danmonij sunt qui habitant in valle fodinarum in extremo cornu Vvallix.

Aliud vallis nomen Nant Britannis est notissimum. Hinc Nant badon, vallis Badonica in Belgis apud Camdenum pag. 170. Et Duff-neint, id est depressæ valles, locus in Danmonijs, ibid. pag. 144. & Nantuates Galliæ populi ad Acronium lacum, Straboni, Cæsari, Plinio &c. hodie le pais de Vaux. Nempe Hebr. נַתָּה natâ est inclinare, unde נַתָּה inferius.

Alibi notat Camdenus Dolé à Britannis appellari jacentem & aptam ad mare vel flumen planitem, Inde legas in Ninnio vetusto scri-

scriptore Britannico; *Cesar ad Dole bellum pugnavit.* Indidem nomen habet *Dole* Armoricae urbs maritima. Gregorio Turenensi *Dolensis vicius.* Sic & Arabice apud Gigg. דָוָלָה *daula* est planities.

Crag vel *Careg* ijsdem petram sonat. Camdenus in Danmoniis pag. 136. *Mons Michaëlis incolis Caregcowse.* id est rupes cana. Et pag. 137. *In ipso aditu rupes ardua & prærupta Crag ab incolis vocata surgit.* Et pag. 546. locum describit in Ordevicibus *Cerygi* *Drudion* dictus, id est lapides Druidarum, in quo cernuntur columnulae peregrinis characteribus inscriptæ, quas Druidum fuisse suspicantur. Hinc prope Rhodani ostia πεδίον λιθῶδες campus lapideus, de quo Strabo, Mela, Plinius, Solinus, alij, hodieque vocatur *la Crau*. Videtur etiam in Oriente *crac* pro petrâ usurpari. Brochardus in descriptione terræ sanctæ cap. 5. *Transfibus terram Moab usque ad petram desertique nunc Crac dicitur.* In Stephano legitur Χαερίμωσα & Μωεγναεχξ, cum verum nomen sit בְּרַךְ־מֹאָב *crac-moab.* Sic in Ciliciâ rupes est *Cragus* nomine. Strabo lib. 14. ἡπεὶ κράγος πέτρης ὁ οἰκουμένης τοις θελάτην. *Hinc Cragus præceps ad mare petra.* In Lyciâ item alius *Cragus* octiceps, in quo fuisse scribunt τὰ τὸν θεῶν ἀγέιαν αὐτεξ ruſticorum Deorum antra. Tamen בְּרַךְ *crac* Syris non tam rupem quam arcem sonat, aut munitum oppidum.

Caledonios Camdenus recte deducit à Britannico *kaled*, quod durum sonat. Duri enim & asperi erant incolæ. Et terra etiam tota horridis & confragosis montibus attollitur. Ita Hebræorum magistris בְּגָלָד *galad* est durescere. Syris item & Arabibus. Unde בְּגָלִיל *gelid* pro glacie & crystallo sœpe occurrit. Quasi duramen dixeris cum Lucretio lib. 6.

Et vis magna gelid, magnum duramen aquarum.
Sed & pro firmamento sumitur בְּגָלִיל in Arabicâ paraphrasi Gen. 1.6. In quem locum Erpenius ὁ μακαρίτης: בְּגָלְדוֹן (*geledon*) est durities, firmitas, robur; unde בְּגָלִיל *gelid* firmamentum; quomodo veterunt σερέωμα Grecorum interpretum. Levi & facili mutatione Britanni nostrates dicunt *kalet* pro *kaled*, & nos vernaculae coclaciam

cam *galet* vocamus, id est littoreum calculum, quod silicis genus est durissimum.

Caledoniis opponuntur Majatæ. Camdenus de Britanniâ Septentrionali pag. 111. *Incole olim in Majatas & Caledonios distincti erant, id est in campestres & montanos.* Idem pag. 501. *De heu-Meath, id est planities ad Austrum.* Itaque Meath fere idem est quod Arabiae מַאֲוֹת *mawath* terra declivis : vel *expansa*, à verbo קָנוּ id est extendere, expandere.

In eâdem Britanniâ *Camulodunum* erat Cynobellini regia. Dio Cassius lib. 60. τὸ Καμουλόδυον τὸ Ἐκωνεύλινος βασίλεος εἶλε. Ptolemaeus ordine literarum præpostero legit *Camudolanum*. Sed Antoninus cum Dione *Camulodunum*. Plinius item & Tacitus *Camalodunum*. Id est, ut conjectamus, Domini seu Regis collem. Nam Arabice קְמֻלָּה *kamala* dominari, & קִמָּלָה *kimâl*, significat dominum gentis seu provinciæ. Ita explicatur in Giggeo. Proinde regia urbs merito dicta *Camalodunum*. Inde in fabulosis scriptoribus quos Galli Romanos vocant, *Camalot* est Arturi regia, ut me monuit vir eximius D. Sarrasin, à quo & alia didici momenti multo majoris.

Ibidem duplex fuit Sarisberia, quarum vetustior collem occupabat aridissimum, & prorsus inaquosum. Id testantur disertis verbis Britannici scriptores Guillelmus Malmesburiensis : *Castellum erat &c. aqua penuria laborans, adeo ut mirabili commercio aqua ibi vendatur.* Et poëta anonymous ejusdem ævi apud *Camdenum* pag. 180.

Est ibi defectus lymphæ, sed copia cretæ.

Et è nostris Petrus Blesensis in epistolis : *Erat locus ille ventis expositus, sterili, aridus, desertus &c.* Proinde vetustior illa Sarisberia in itinerario Antonini *Sorbiodunum* dicitur prisco nomine, quod ex Britannicâ linguâ Camdenus *siccum collem* interpretatur. Nempe *dunum* est collis, ut jam diximus ; & *sorb* vel *sorba* tam Syris quam Britannis est siccitas. Radix שֶׁרֶב *sérab* est *siccum esse*. Unde שֶׁרֶב *siccus*, & שְׁרֵבָא *sorba*, שְׁרֵובָא *sorba*, שְׁרֵבָא *sorba* vel *sorbo* siccitas. Hebræis etiam nota vox. Ubi enim habet Esaias c. 35.

vers. 7, *Ertt locus arduus in stagnum, & locus siticulosus in fontes aquarum*, pro loco arido in Hebræo textu est שָׁרֵב *sarab*.

Contra laith Britannis est humiditas, planè ut Hebræis להוח laith. Unde Arelates nomen Camdenus ita deducit: *Arelate celeberrima Gallie urbs solo uliginoso & humido posita, ab ipso situ nomen sumpsiſſe videtur.* Ar enim Britannis super, & laith humidum significat.

Idem à Britannico *telen*, id est citharâ, *Tolonem* vocari obseruat, Massiliæ vicinum oppidum ad Citharistem promontorium, quomodo appellant Mela, Ptolemæus, Plinius, & Antoninus. Malim *Telonem* scribere, cum & proprius accedat ad Britannicum *telen*, & in Antonino vocetur oppidum illud *Telo Martius*. Cæterum quia תַּהֲלִים tillim, id est psalmos, Hebræi contrarius תַּהֲלִין tillin scribunt, puto Britannicum vocabulum inde deductum *telen* primò psalmos significasse, deinde ψάλπυγα vel ψάλτης, id est ὄρχενος ψάλτηὸν instrumentum quod pulsat psaltes, nempe citharam. Id enim proprie ψάλπυξ. Hesychius: ψάλπυξ, κιθάρα. Idem: ψαλτής, κιθαρίστης. Legendum ψάλτης. Dicitur & compositâ voce psallicitharistes. Unde psallicitharista in Domitiano Suetonij cap. 4. ubi tamen ab aliis legitur psilocitharista. Sed & ψαλτής proprie Græcis citharæ sonus. Scholiares Aristophanis in Avibus: ψαλτής ἡ κυρίως ὁ τοιχάρεξ οὐχο. Et in thesauro Stephani ψαλτής qui cithara aptus est. Ibidem multis probatur ψαλτης id esse quod nobis harpam.

Abravanus in Ptolemæo promontorij nomen est in Britanniae Novantibus; voce conflata ex duabus, ut rectè docet Camdenus pag. 693. nempe *Aber* & *Ruan*; Itaque Abravanus est ostium amnis *Ruan* vel *Rian*, qui ibi loci exit in mare. *Aber* enim, unde *Havre*, apud nos vernacula vox, est ostium fluminis. Neque hoc solum, sed & amnium confluentes apud Britannos eâdem voce appellantur. Id me docuit Cambrensis scriptor, qui floruit ante annos prope quingentos, Sylvester Giraldus. Illius verba sic habent Itinerarij Cambriæ l. 2. c. 1. *Aber* lingua Britannica dicitur locus omnis ubi fluvius in fluvium cadit. Et in descriptione Cambriæ

cap.5. Aber Britannice dicitur locus omnis ubi aqua in aquam cadit. Itaque seu mari fluvij, seu duo fluvij junctis aquis consociantur, locus in quo sit hæc conjunctio Britannice vocatur *Aber*, voce merè Phœniciâ. Hebræis enim חַבָּר *habar* est consociari, חַבָּר *haber* socius, חַבָּר *heber* consociatio.

Conjunctioni opponitur divertium, quod Britanicè *Guith* dicitur, ut Chaldaice גְּוִית guet. Inde, si Camdeno credimus, Venetæ insulæ nomen est, quæ quodam quasi terrarum divertio à vicinâ Britanniâ putatur esse avulsa. Diodori saltem ævo, cum mare refluxerat, exsiccato Euripo quo à continente dividitur, Britanni prisci covinis eō stannum devehere solebant, quod in Galliam exportaretur.

Ara Britannis lentum sonat, ut Hebræis אַחֲר' *aharai* Pro. 28. 23. à verbo אַחֲר *ahartardare*, morari. Inde Arari fluvio nomen, qui, Cæsare teste, fertur *incredibili lenitate*, ita ut oculū in quam partem fluat *judicari non possit*. Hinc Claudianus: *Lentus Arar, Rhodanusque celer*. Et Seneca in apotheosi: *Ararque dubitans quò suos cursus agat*. Est & in Brigantibus fluvius *Arus*, quem vix fluere scribit Camdenus pag. 565, & Mæandris ita ludere, quasi dubium fontes an mare petat, ut septies semihoræ spatio recto itinere sibi trajiciendus fuerit.

Contra *garaw* vel *garaw* rapidum sonat, etiam Britannis nostratisbus; unde suspicatur Camdenus nomen habuisse Garumnam. De quo Claudianus in Ruffinum lib. 2.

— *pernicio unda Garumnae.*

Et Sidonius Apollinaris carm. 22.

Est locus irriguâ quâ rupe Garumna rotatus.

Utut sit, ad *garaw* alludit Arabicum גַּרְאֵף *garaph* prope ejusdem significationis. Giggejus סִיל גַּרְאֵף (*sail garaph*) torrens omnia avehens, גַּרְפָּהָתָה אֶלְסִיל (*garaphatho-lsail*) illud torrens aveyit. Sic & Hebraice, torrens Kison גַּרְפָּם (*gerapham*) aveyit eos, Iud. 5.21. Ita ex Arabismo reddenda vox. In cuius explicatione multum fudarunt interpres, quia una est ἐν τῶν ἀπαξ λεγομένων.

Ryd Britannis erat vadum. Giraldus Cambrensis: *Ryd pen carn,*

Sonat Latine vadum sub capite rupis. Ryd enim Britannice, vadum Latine, pen caput, carn rupes. Idem alibi: *Ryd-Helic Latine vadum salicis.* Alij rit efferunt, unde composita, *Augustoritum, Vagoritum, Davioritum, Camboritum,* quorum illa Galliae sunt oppida, hoc Britanniae. רִיד vel רְד Phœnicibus proprio descensum sonabat, sive locum διαβατον, quo descendebatur in flumen. Est enim רְד verbale nomen formæ שׁ à verbo יָרַד descendere.

Multo plura in magum desinunt, ut *Rhotomagum, Cesaramagum, Neomagum, Noviomagum, Drusomagum, Argentomagum*, & alia triginta minimum, fere Gallica, aut Britannica, aut Germaniae circa Rhenum. Falluntur qui *vadum* explicant; neque enim Rhotomagi Sequana vadosus est, nec Padus Bodincomagi, ubi præcipua Padi altitudo incipit. Unde est quod Ligurum lingâ Bodincum ibi vocant, id est fundo carentem. Ita Plinius lib. 3. cap. 16. Proinde Rhenanum, & Ortelium, & Camdenum sequor potius, qui domum aut oppidum interpretantur, tanquam authore Plinio, cui, eo loco quem citavimus, Bodincomagum est oppidum ad Bodincum. Hanc interpretationem maxime firmat lingua Phœnicum,quam מַגָּו magon est habitaculū. Sic קְרֵשׁ ex habitaculo sanctitatis tue, id est è cœlis, Deut. 26. 15. מַעֲן בֵּיתֶךָ habitaculum domus tue, id est templum, Psal. 26. 8. מַעֲן חַנִּיכָּת habitaculum draconum, Ierem. 9. 10. מַעֲן אֲדֹרִיתָה habitaculum leonum. Nahum 2. 12. Hac voce nil frequentius. Literam שׁ per g effero, ut in Gazâ, Gomorrhâ, Segor &c. Inde & Magon urbs Iude, Jos. 15. 55. Et alia Magon Iud. 10. 12. cui servierunt Israelitæ, & בעלמַעַן Baalmagon urbs Moab. Ezech. 2. 5. 9.

Britannis hodie urbs est *caer*, id est קְרֵיה kirja vel kariba; Et *dinas*, id est מְדִינָה medina; Et *tre*, id est טִירָה tira. Turris & arx *brin*, id est בִּירָן biran, unde plurale *birnaioth*, 2. Paral. 17. 12. Sed hæc sunt alterius loci. Nam è Gallicis & Britannicis vocibus ea solùm hîc explicamus quæ palam est esse antiqua. Non possum tamen non addere ex amplissimi doctissimique Usherij Armachani in Hiberniâ Archiepiscopi libro ex-

miæ eruditionis de Britannicarum Ecclesiarum primordiis locum, qui maxime ad hanc rem facit. Verba sic habent cap. 5. pag. 65. *Joh. Cajus ex Gervasio Tilberiensi Cair lingua Trojanâ civitatem dici addit, & Cambris murum quoque significare. Ut quemadmodum Ebrei קִרְמָה (kir) murum & קִרְמָה (kirja) urbem vocant, ita Britannis vox non al. similis cair & mœnia & urbem mœnibus cinctam denotet. Sed & apud Scythas car est urbs, & Carpaluc πόλις ιχθύων. Ita explicat Tzetz, Chil. 8. hist. 224.*

Cum appareat hactenus ex iis quæ disputata sunt, sermoni Gallico & Punico multa fuisse communia : Non est tamen quod quisquam putet Poenisi & Gallis aut eandem fuisse linguam aut solâ dialectô diversam. Saltem id certum, Gallos Punicam nonnisi longo usu addidicisse. Ita enim asserit Polybius de Autarito Gallo : Πάλαι σφεπνόμενοι δέ οὐδελέγεοδα φοικιστ. Punico loqui didicerat longo militiæ usu. Et de aliis ejusdem gentis : Ταύτη δέ πως οἱ ταλαιποι σωεσάννοντο τῇ διαλέκτῳ, οὐδὲ τὸ μῆνος τῷ περιγραμένης σφεπνίσας. Plerique cum se blandius compellabant, hac linguâ utebantur, quia diu sub signis fuerant. Alioqui Galli cum Poenis non agebant sine interprete. Sic in exercitu Hannibal, unus è Gallorum regulis circa Padum, Magilus nomine, δι' ἐρυλίων τὰ δεδογμένα παρ' αὐτῶν διεσύφετοις ὄχλοις, per interpretēm que à Gallis decreta fuerant Poenorū multititudini declaravit. Constat igitur, Gallos & Poenos, et si propter commercia, vel communia bella, vel, quod suspicamur potius, propter vetustam aliquam Phœnicum coloniam in Gallias deductam; alij ab aliis multa vocabula mutuati sint, fuisse tamen ἐπρογλώσσους. Quod abunde docent virorum nomina, quæ apud Gallos in usu erant. Horum enim pleraque à sacræ linguae genio prorsus abhorrent : cum Poenorū nomina ferè omnia merè sint Hebraica. Nihil opus est ut exemplis probemus rem per se manifestam. Hæc hactenus Bousschardus.

C A P U T I I I.

De veterum Gallorum lingua, ejusque origine & reliquijs alia, nec una, aliorum sententia. Turnebi de ignota hodie ista Gallorum linguâ. De Solduriis, Lugduno, Duno, antiquis Gallicis vocabulis, judicium. Damasceni apud Athenaeum locus. Adiatomus, sive Adcantuarius, Gallorum Rex. Sotiani, Sotiates, aut Sontiates, Gallie populi. Siloduri Gallorum milites. An Gallorum veterum lingua neque literis, neque sermone hodie celebrata aut usitata sit, queritur. Turnebus refellitur. Usitatam esse ostenditur. Dunus Gallicum olim, mansit Belgis vocabulum. Taunus mons Germaniae. De eo Taciti locus illustratur. Colles Batavis Duni. T. & D. literæ facile mutantur. Tu Romanorum, & Germanorum Du eadem vocabula. Soldurii Gallorum & Solderi Germanorum ijdem. Alia, quæ antiqui recitant, Gallorum vocabula, Germanis hodieque mansisse. Populis quibusdam nunc quoque in usu vetus Gallorum lingua. Illa in Britannia imprimis hodie superstes. Britanni & Galli eadem olim usi lingua sunt. Varia ejus rei argumenta.

Si in eruendis Gallicæ & gentis & linguæ Originibus cum solo Bosscharto mihi res hic esset, potuisssem facile cum eo nunc congregdi, & diversæ aliorum eâ de re sententiæ non meminiscer. Alii enim plane alia omnia, nec tamen eadem, sentiunt. Cæterum cum in hac dissertatione non à Bosscharto tantum, sed & alijs necessario veritatisque caussa dissentendum nobis sit, horum quoque judicium promendum hic fuit. Sunt enim principes in his litteris viri, qui veteris Gallorum linguæ nihil hodie, præter reliquias paucissimas in Romanorum Græcorumque scriptis superesse, ac idcirco nihil certi pronunciari de eâ posse, affirmant. Quidnî enim inter illos Adrianum Turnebum merito reponam? Illius ergo, quæ lib. Adversariorum xx. cap. x v. existant hac de re verba nunc audiamus. Sribit lib. 3. Commentariorum Cæsar; Alia ex parte oppidi Adcuantanus, qui sum-

summam imperii tenebat, cum sexcentis devotis, quos illi *soldarios* appellant: quorum hæc conditio est, ut omnibus in vita commodis unà cum iis fruantur, quorum se amicitiae dediderunt: si quid his per vim accidat, ut eundem casum unà ferant, aut sibi mortem consilicant: neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui eo imperfecto, cuius amicitiae se devovisset, mori recusaret. *Quorsum hæc à me scripta sunt? nimirum*
ni doceam, esse per difficile in ea lingua, quæ neque literis, neque sermone
hodie celebrata & usitata est, quid verum & emendatum sit perspicere.
Nam in Athenæo è Nicolao Damasceno hoc ipsum, quod memoriae Cæsar
tradidit, reperi: ita tamen, ut pro soldario illic solidunus scriptum
sit: pro Adcuantano Adiatomus. Scio antiquis Gallis dunum collem
significasse: & hodie etiam quibusdam in Galliæ locis aggerem_. Nam
aggeres mari oppositos, & moles, dunos nostri homines vocant. Sic Lug-
dunum quodd in monte olim situm erat (nam postea cùm incendio con-
sumptum fuisset, in planum deductum est) dicitur tanquam Lucij mons:
cùm ipsam urbem à L. Munatio Planco conditam fuisse multi censeant.
Plutarchus in libro de fluminibus Lugdunum montem esse vocatum ait
& oppidum in monte collocatum: quodd lugum lingua Gallorum cor-
vum significet, dunum eminentem. Sic multis Galliæ oppidis dunum
adjunctum non ignoramus: cuius significatio ad ambactum & devotum
nihil quicquam pertinere videtur. Sed nihil in præsentia commodius
quād ipsa Damasceni verba adhibere: Αδιάπομον τὸν τῶν Σωπ-
αιτῶν βασιλέα. Ἐθνος δὲ τῆς Κελτικὸν, ἐξακοσίους ἔχειν λογάδας τῷ
αὐτῷ, εὺς καλεῖσθαι τὸν Κελτῶν τῇ πατερί γλώτῃ συλιδέντες. τὴν δέ
ἔσιν ἐλλειπεῖ δύχωληματοι. τούτους δὲ οἱ βασιλεῖς ἔχουσι συλλόγωντας, καὶ
συναπθύσκοντας, ταύτων ἀπείνων εὐχέων ποιουμένων, αἱθῆς συνδυνα-
σεύντοι τὸν αὐτῷ, τὸν αὐτῷ ἐθῆται καὶ διατανέχοντες, καὶ συναπθύσκοντο
καὶ πάσιν ἀνάγκην, εἴ τ' εἰ νέστω πελευτήσει ὁ βασιλεὺς, εἴ περ πολέμω, εἴ τ'
ἄλλως πως, καὶ γέδεις εἰπεῖν ἔχει πιὰ διποδειλιάσαντα τάτων τὸν θάνατον,
ὅταν ἡγητὴ βασιλεῖ, η διεκδύντα. Hoc est; Nicolaum Damascenum
ex Peripateticis unum, in Historia multis libris condita, nimi-
rum centum quadraginta quatuor, libro centesimo decimo sex-
to narrare, Adiatomum Regem Sotianorum, (ita edidit Casaubonus;

Turnebus ; alii *Sociates*, *Sotiates*, aut *Sontiates*) que Gallica natio, sexcentos habuisse proximos homines sibi dilectos. Galli propria lingua Silodunos vocant. (in scriptis libris est Σιλοδόνες.) que dictio Gracis devotos significat. Qui cum rege & vitam agunt, & moriuntur, id summopere votis optantes. Ob quam erga regem fidem cum eo principatum gerunt, eodem victu & corporis cultu; quoties ejus necessitatis contingit occasio, mortem libenter appetentes, sive rex intereat morbo, sive cadat in prælio, sive alia quavis de caussa vita excesserit. Nec est, qui dicere possit, ex illis amissi rege quempiam mortem vel expavisse, vel recusasse tergiversantem. Locus exstat apud Athenæum lib. 6. Deipnosoph. Ad quem Casaubonus lib. 6. Animadvers. Cap. 13. In Ecloga, inquit, è lib. 116, Nicolai Damasceni, Adiatomus dicitur, quem certum est appellari in Commentariis Cæsaris Adcantuanum. Scripti libri variant: constat tamen, alterutro loco mendose scribi hoc nomen. Σωταρίς Atheneus vocat, vel potius Damascenus, quos Cæsar *Sociates* aut *Sontiates*. Nam id nomen varie scribitur. Omnino autem scribendum, ἐς οὐαλῆδη τὸν Γαλατῶν Σιλοδόνες. non Σιλοδόνες: non solum quia sic in Cæsaris codicibus scriptum: sed etiam quia sic scripsisse Nicolaum & Atheneum ex Eustathio probare possumus. Ceterum fallitur Turnebus, cum veterum Gallorum linguam neque sermone, neque literis hodie celebratam aut usitatam scribit. Aliud eum docere poterant vel duo illa vocabula, *Dunus* & *Soldurius*, sive *Silodurius*, quorum hic facit mentionem. Utrumque hodie Belgis alijsque, & eâdem, quâ Gallis olim, significatione, in usu est. *Dun*, *Doun*, aut *Duyn* collem aut montem notat. Colles illi arenarii, qui in Bataviæ nostræ littore passim exstant, non aliud vulgo nomen habent. Agnosco, montibus idem illud à Germanis olim tributum apud Tacitum lib. Annal. 1. ubi de expeditione Germanici in Cattos, Germaniæ populum. Montem *Taunum* vocat. *Germanicus*, inquit, posuit castello super vestigia paterni vestigij in monte Tauno, expeditum exercitum in Cattos rapit. *Taunus* idem quod *Daunus*, vel, *Duyn*, ut hodie loquuntur. D & T literæ facile mutantur. Romanorum tu & Germanorum *du*; *Danubius* sive *Donau*, aut *Danau*, & *Tanaïs*, eadem

eadem sunt vocabula, & idem significant. Similis Taciti locus exstat Annal. 12. ubi de ijsdem Cattis, latrocinia agitantibus: *Præda*, inquit, *famaque onusti Romani ad montem Taunum revertuntur, ubi Pomponius cum legionibus opperiebatur, si Catti cuptdine, uleiscendi casum pugnæ præberent.* *Solduri* milites sunt, singulari sacramento Principi obstricti, & *Solders* passim adhuc in Germania appellantur. Sed de his mox plura, ubi antiquæ Gallorum linguae reliquias, quales illæ nunc supersunt in veterum monumentis, accuratius exponemus, & in Germanorum lingua hodieque exstare ostendeimus. Quomodo ergo excidere Turnebo potuit, antiquam Gallorum linguam neque literis, neque sermone celebratam hodie aut usitatam esse? Certe tanto id viro excidere non debuit. Supersunt etiam hodie nobiles populi, pars olim Gallorum, qui majorum linguam in hunc usque diem constanter retinuere, ut Belgarum plerique, Helvetii, & alii. Britannis quoque, (quorum linguam veteri Gallicæ similem fuisse in Agricolæ vita disertim testatur Tacitus, quorumque vicinum solum Gallos olim occupasse, veterum non nulli, petito ab eâdem utriusque gentis lingua argumento, ut auctor est idem Tacitus, affirmant) illa mansit in eâ, quæ *Antiqua lingua Britannorum*, vulgo *Cambro-Britannica*, à suis *Cymraea* vel *Cambrica*, ab aliis *Wallica* hodie appellatur. Qua de re clarissimum, mihique, dum vita Deusque sinebant, non tantum sanguine, sed & amicitia conjunctissimum, Johannem Isacium Pontanum, in elegantissimis Originibus Francicis lib. 6. cap. 24, ubi de veteri Francorum lingua, graviter differentem audire hic lubet. *Qui veterem, inquit, Gallorum linguam, Britannicam, & mere quidem Britannicam assérunt, his utuntur rationibus.* Primum, quia scribat Casar, moris fuisse, ut Galli, qui Druidum disciplinas diligentius cognoscere vellent, in Britanniam trajicerent. Consentaneum ergo videt, eos eodem, quo Galli, usos fuisse in docendo sermone. Deinde, quia tradat Corn. Tacitus, Britannorum Gallorumque sermonem haud multum esse diversum. *Quæ certe duo argumenta ab unde quidem ostendunt Gallicæ Britannicæque lingue maximam fuisse*

antiquitus affinitatem. Addo & aliud, quod haud minoris momenti est. Cum enim ea quæ Gallis antiqui auctores tribuunt vocabula, in vetere Britannorum lingua, quæ etiamnum Wallis usitata est, exstare deprehendantur, quidnî ex eo quoque utriusq; veteris linguæ Gallicæ Britannicæque similitudinem illam & affinitatem, cuius meminit Tacitus, qui sacerum habuit Agricolam, Britanniæ Romanorum nomine præpositum, ac proinde quis qualisque Britannorum sermo fuerit, ignorare non potuit, merito hic arguamus? Singula suo mox loco videbimus, & eadem Gallis Britannisque significasse, ostendemus. Interim vel duo ista, *Dunus* & *Soldurius*, quæ Turnebus hic promit, liquido id evincunt. Utrumque enim & Gallicum vocabulum, & Britannis hodie multo in usu est. *Dunus* sive *Dounus* Gallis montem, collem, arenæ cumulum significat. Belgis *Dune* dicitur tumulus arenarius, imprimis mari in littore oppositus, ipsum quasi littus. Unde celebris in Flandria portus nomen *Duijnkerca*, in littore inter ejusmodi tumulos & colles sita. Britannis autem *Tymod*, arena, *Tymodlyd*, arenosus, & hinc *Tymyn*, littus maris, arena maris, dicuntur. Quis autem, Britannorum *Tymyn*, sive *Tyouyn*, (ita enim pronunciant. Nam *W* illis effertur ut & Græcorum ; quod observandum hic erat) & *Duin* Gallorum Belgarumque sive *Dounos*, quomodo id efferunt Græci, aut *Taunus*, quomodo Tacitus, cuius supra meminimus, eadem vocabula esse non statim agnoscat? Plane idem est Græcorum *θιν*, *acervus*, *cumulus*, *agger*. Herodoto *θίνες τῆς φάμυς*, *cumuli arenæ*, dicuntur; non nunquam etiam, non addito *φάμυς* vocabulo, (quod *arenam* notat Græcis, & Scythicum *Sandt*, quod id ipsum nunc quoque Germanis significat, palam exprimit) simpliciter *θίνες*, quomodo apud Pausaniam in Eliacis. Θίνα θαλάσσης littus vocat Homerus Il. a. Inde *θινώθησ*, litoreus, seu *θίνες* referens locus, leviter elatus in cumulorum arenæ, quales *θίνες* dicuntur, modum. Θήν pro *θιν* scribitur apud Hesychium. Quæ eadem esse cum Gallorum *Duin*, aut *Dounus*, idemque significare, arenarium nempe collem, nemo non videt. *Taunia* legitur apud Polybium, cui sic nominatur sur-

surgens & editus ex arena collis. Grammatici enim, qui à similitudine tæniæ sive fasciæ, quæ & *mwia* Græcis dicitur, ejusmodi aggeres id nomen habere volunt, more suo nugantur. A communi Græcis, Gallis, Britannis, Germanis aliisque populis origine, Scythica nempe, hæc tam cognata & similia, ut plane eadem videantur, vocabula fluxere. Qua de re alibi commodior erit ac ex professo dicendi locus. Id enim modo probandum hic erat, & jam haud dubie probavimus, *Duni*, aut *Douini* nomen vetus Gallicum ab illis ipsis Britannis agnosci, qui vetustissimâ linguâ Britanicâ hodie adhuc utuntur. Neque aliter se se res habet in voce *Solduri*. Est illa vetus Gallica, & devotum duci militem significat. Sed & Britannica est, neque aliud notat. In Lexico Britannico; *Sawdiwr*, sive *Saoudiour*, miles, bellator. Idem ergo, quod *Soldurius*. Nomen haud dubie factum à *Sawd*, quod ijsdem Britannis *prælium, bellum, conflictum*, significat. *Soldiers*, & *Solders*, Germanis *milites* dicuntur. Plura de his alibi in ipso hoc opere exponemus. Horum nunc meminisse debuimus, quia & horum modo Turnebus meminit, & in refellenda ejus sententia hic sumus. Accedunt & alia. Cætera enim omnia, mores & instituta tam publica, quam privata, eadem utrique genti fuere. Eadem dignitatum & munerum nomina. Noti sunt Gallorum sacerdotes, *Druidæ* dicti; noti & eodem nomine sunt Britannorum. Qui à Græco θλούς originem petunt, falli mox ostendam. Lexicon Britannicum; *Derwyddon* (ita scribunt; pronunciant autem *Deronyddon*) Sapientes, Vates. Sunt Gallis Poetæ *Bardi* dicti, sunt & Britannis. Idem Lexicon; *Bardd*, Poeta, Propheta: *Barddas*, Historia, Poetica. Sed de his plura in sequentibus dicenda sunt. Et veritatis studiosis haud dubie hac in parte à nobis abunde nunc satisfactum est. Si enim cognoscendæ sapientiæ Druidum & disciplinæ gratia, quam Britannica lingua Druidæ tradebant, in Britanniam olim Galli Philosophi, aut sapientiæ studiosi, profecti sunt, ut memorat omni exceptione major, & Gallicarum vicinarumque Britannicarum rerum haud dubie peritissimus Cæsar; si etiam Gallorum Britanno-

rumque sermo olim haud multum fuerit diversus, ut disertim docet gravissimus scriptor, & Julij Agricolæ, Britannæ sub Domitiano Cæsare præfecti gener, Cornelius Tacitus; si denique prisca Gallorum vocabula in superstite hodie veterum Britannorum lingua inveniantur, cuius rei specimen jam dedimus certissimum, & mox multo illustrius amplissimumque datur suinus: sequitur profecto, quod Turnebus negat, exstare hodieque linguam, Britannicam nempe, ex quâ, præter ea quæ ab antiquis auctoribus conservata sunt Gallica vocabula, qualis vetusta illa Gallica fuerit, liquido possit agnoscî. An ergo illa, & ubi, & qualis, id est, an integra & incorrupta hac ætate supersit, propius nunc videndum est. Hoc ergo proxime sequenti capite agemus.

C A P U T I V .

Vetus Britannorum lingua, à qua Gallorum non diversa, in Wallia Britannæ aut Cambria hodie superest, ut Hispanorum veterum in Cantabria, sive Biskaia. Lingua Cymræca, sive Wallica dicta. Cambria descriptio, longitudo ejus & latitudo, divisio, genealogia Principum, Cantredi & Curiæ, flumina, amoenitas & fertilitas, nomina & eorum ratio, gentis mores, ingenium, cultus, ex Giraldo Cambrense. Ejus sententia de reliquis prisca sermonis Britannici in Wallia, Cornubia, & Armorica Gallie, Guilielmi Povelli verbis confirmata. Dubium an Galli à Britannis, an vero hi ab istis linguam, quæ utrinusque gentis eadem fuit, acceperint. A Gallis Britannos accepisse, Taciti conjectura. Walli & Galli idem. W & G facile permutantur. Wali in Belgio iidem qui Galli. Walli Angliae Gales dicti.

Vetus ergo Gallorum lingua, si haud multum diversa fuerit à veteri illa Britannorum, quod jam ostendimus, sequitur quoque, ubi hæc hodie usitata est, illam quoque superesse. Operæ igitur pretium, neque ab hoc instituto Originibusque Gallicis alienum nunc erit, vetustam illam Britannicam inve-

investigare diligenter & inspicere, quo in eâ vetus Gallica proprius promptiusque possit agnoscî. Est autem nobilis Britanniae ditio, quæ *Cambria* olim, nunc fere *Wallia* dicitur, & priscum Britannorum sermonem in hunc usque diem servat, à *Cambria* *Camræcum* aut *Cymræcum*, à *Wallia* *Wallicum* appellatum, eumque integrum, neque à Romanis olim, neque deinde ab Anglo-Saxonibus, quorū notæ in hanc insulam expeditiones sunt, aut sublatum, aut corruptum: haud aliter atque in Hispania apud Cantabros, quos *Biscainos* nunc vocant, hodieque superesse vetus Hispanica lingua agnoscitur, quam neque Romani, neque Gothi, neque Mauri, delere haec tenus aut tollere potuere. Cujus rei ut plurima nobis, & certa argumenta sunt, ita haud abs re erit, Cambriæ illius aut Walliæ descriptionem præmittere, & quidem verbis Giraldi Cambrensis, qui patriæ peritissimus linguæ, illam de superstite apud Cambros prisco Britannorum sermone, cui veterem Gallicum similem fuisse disertim docet Tacitus, sententiam non uno loco confirmat. Gallicas enim Origines nobiscum serio indagantibus non erit non gratissimum ea hic circumspicere loca, in quibus illæ ætate nostrâ incorruptæ supersunt. Illum ergo audiamus.

GIRALDI CAMBRENSIS CAMBRIÆ, IN QUAE VETUS GALLORUM BRITANNORUMQUE LINGUA HODIE SUPEREST, DESCRIPTIO.

Cambria, quæ adulterino vocabulo usitatoque magis, sed proprio minus, modernis diebus *Wallia* dicitur, ducenta millia passuum in longum, circiter vero centum millia in latum habet. Longitudo namque à portu *Gordler* in *Mona* usque ad portum *Eskewin* in *Venta* quasi per octo diætas extenditur. Latitudo vero à *Porthmawr* *Meneviæ*, id est, portu magno, usque *Rydhelic*, quod Latinè *Vadum salicis*, Anglice vero nunc *Wilowford* dicitur, quasi per quatuor diætas expanditur. Montibus excelsis,

vallibus imis, silvis immensis, aquis & paludibus, terra munitissima, adeo ut à tempore quo Saxones primum insulam occupaverant, reliquæ Britonum qui in has partes secesserunt, nec ab Anglis olim, nec à Normannis postmodum expugnari ad plenum potuissent. Illi vero qui australem angulum, qui à ducis Corinxi nomine nomen accepit, susceperunt, quia terra tam munita non est, adeo rebelles esse non valuerunt. Tertia namque Britonum extantium pars, quæ Armoricum australis Galliæ finum obtinuit, non post Britannicum excidium sed longe ante à Maximo rege tyranno translata est: & post multos graves quos Britannica juventus cum ipso sustinuit bellicos sudores, ultimis his Galliarum finibus, imperiali munificentia est remunerata. Divisa est antiquitus Wallia totalis in tres partes tanquam æquales, plus æquivalentiæ tamen, quam justæ quantitatis & proportionis habita consideratione. *Venedotiam* scilicet, quæ nunc *Nordwallia*, id est, Borealis Wallia dicitur. *Demetiam* vel *Sudwalliam* id est Australis Walliam, quæ Britannice *Deheubarth*, id est dextralis pars dicitur. *Powisia*, quasi medium & orientalem. Divisionis autem hujus causa erat Rodericus Magnus, qui Britannice Roderi Mawr dicebatur, totique Walliæ præsidebat. Hic tres filios habuit, Mervinum, Anarawt & Cadelh, qui tres totam Walliam inter se divisorunt. Mervino cessit Nordwallia, Anarawt Powisia. Cadelh cum populi totius & fratrium benedictione Sudwallia. Ipsa nimirum quanquam quantitate longe major, propter nobiles tamen, qui *Vchelmyr* quasi superiores viri vocantur, quibus abundabat, qui & dominis rebelles esse solebant, dominumque ferre detrectabant, deterior esse videbatur. Cadelh autem præmortuis fratribus totius Walliæ demum monarchiam obtinuit, & successores sui similiter usque ad Theodorum. Descendentes enim à Theodoro tantum Sudwalliam obtinuerunt, sicut & pater eorum. Hi scilicet: Resus filius Theodori, Gruffinus filius Resi, & Resus Gruffini filius, qui diebus nostris præfuit.

Hæc itaque est generatio principum Sudwalliæ; Resus filius
Gruf-

Gruffini, Gruffinus filius Resi, Resus filius Theodori, Theodorus filius Æneæ, Æneas filius Oeni, Oenus filius Hoeli Dha, id est, Hoeli boni, Hoelus filius Cadelli, filii Rhoderici Magni. De Cadello igitur filio Rhoderici Magni descenderunt principes Sudwalliæ. De Mervino principes Nordwalliæ in hunc modum: Leolinus filius Iorovarti, Iorovartus filius Oeni, Oenus filius Gruffini, Gruffinus filius Conani, Conanus filius Iago, Iago filius Edoual, Edoual filius Meyrici, Meyricus filius Anandhrec, filius Mervini filii Roderici Magni. De Anaraut autem generatio non provenit: unde & principes Powisiæ suam habent per se generationem.

Hoc etiam mihi notandum videtur, quod Bardi Cambrenses, & Cantores seu recitatores, genealogiam habent prædictorum principum in libris eorum antiquis & authenticis, sed tamen Cambrice scriptam, eandemque memoriter tenent à Roderico Magno usque ad B. M. & inde usque ad Silvium, Ascanium & Æneam: & ab Ænea usque ad Adam generationem linealiter producunt.

Sed quoniam tam longinqua, tamque remotissima generis enarratio multis trutonica potius quam historica esse videretur, eam huic nostro compendio inferere ex industria supersedimus.

Continet autem Sudwallia cantredos viginti novem, Nordwallia duodecim, Powisia sex, quorum tamen hodie multi ab Anglis & Francis occupati sunt. Terra namque, quæ Slopesburia dicitur, olim Powisiæ fuerat. Unde & locus, ubi nunc castrum Slopesburiæ situm est, olim Pengwern, id est, caput alneti vocabatur.

Tres enim fuerant Walliæ totius Curiæ principales, *Dinevour* in Sudwallia, modernis diebus; (antiquitus enim apud urbem legionum erat) *Aberfrav* in Nordwallia: *Pengwern* in Powisia.

Est itaque numerus omnium Cantredorum totius Walliæ quinquaginta quatuor. Cantredus autem, id est, Cantref, à *Cant*, quod centum, & *Tref*, villa, composito vocabulo, tam Britannis

tannica quam Hibernica lingua dicitur tanta terræ portio, quanta centum villas continere solet.

Sunt autem in Wallia sedes Cathedrales quatuor. In Sudwallia *Menevensis* super Hibernicum mare, David Archiepiscopo patrocinante. Hæc antiquitus Metropolitana fuerat, & Cantredos continet viginti quatuor, cum tamen hodie tantum viginti tribus contenta sit. *Ergengl* etenim, quæ Anglice *Vrchenfeld* dicitur, intra dioecesin Menevensem olim aliquando: intra Landavensem quoque quandoque, fuisse perhibetur. Habuerat autem sedes Menevensis Archiepiscopos successive viginti quinque. Sublato vero pallio usque ad hodiernum diem, viginti duo, quorum nomina & ordinem causamque pallii sublati si scire volueris, nostrum Itinerarium quæras.

In eadem quoque Australi Wallia sedes Landafensis super mare Sabrinum juxta nobile castrum de Caerdyf, præsule Teilo præsidente, quinque continens Cantredos & quartam partem unius, sc. Senghennyd.

In Nordwallia inter Monam & montes Eiryri sedes Banchoensis, Danielis Abbatis patrocinio gaudens, Cantredos continens circiter novem.

In eadem paupercula cathedra *Lanelwensis*, cui & Powisia subest, Assaph Episcopo præsidente, Cantredos continens quasi sex.

Scinditur autem & distinguitur aquis Wallia nobilibus, quæ ex montibus duobus originem habent. *Ellennith* scilicet in Sudwallia, quæ Angli *Moruge* vocant, quasi paludum cacumina. *Eryri* quoque in Nordwallia, quæ Anglice *Schnowdon* dicuntur, id est, montes nivium. Hi tantæ quantitatis & capacitatis esse perhibentur, quod si cuncta totius Walliæ armenta in unum coacta fuerint, eis ad pascua multo tempore sufficere possent. In his & duo lacus illi esse perhibentur, quorum alterum insulam erraticam, alterum autem pisces omnes monoculos certum est continere, sicut in Itinerario nostro declaravimus.

Notandum hic &, quod in Albania quoque duobus in locis,
uno

uno ad mare Orientale, altero Occidentale, pisces marini, qui Mulnelli dicuntur, monoculi, dextrum similiter oculum habentes, & sinistro carentes.

De montanis igitur *Elennith* nobilis emanat *Sabrine* fluvius, per castrum Slopesburia^x, & Brugense, per urbem Vigornia^x, per *Gloverniam* ferream atque fabrilem, fluens, sub qua paucis passuum millibus in mare descendit, quod ab ejus quoque nomine *Sabrinum* mare vocatur. Hæc aqua multis olim temporibus inter Cambriam & Loegriam, hoc est, inter Walliam & Angliam Marchia fuit. Hæc Britannice *Hafren* à nomine puellæ, filiæ sc. Locrini, ibi à noverca submersæ, vocata est. Unde & Latine mutatione aspirationis in S, ut in distortis à Græcis in Latinum fieri solet, dicta est *Sabrina*, sicut pro hal sal, pro hemi semi, pro hepta septem. *Vaga* fluvius ab eisdem quoque montanis *Elennith* per *Hajæ* castrum, & *Cliffordiæ*, per urbem *Herefordiæ*, per *Castellum de Wiltonia*, & *Castellum Godricii* discurrens, silvam quoque *Danubiæ*, ferro fertilem, atque ferina, transpenetrando usque *Strigulense* castrum, sub quo & in mare dilabitur, & Angliam ibidem à *Wallia* separans, modernis diebus Marchiam facit. *Oscæ* vero non ab *Elennith*, sed à montanis de *Cantrebachan* originem trahens, per principale castrum de *Brecheinoc*, (quod *Aberhodni* dicunt, id est, casum Hodni in *Oscam*. *Aber* enim Britannice dicitur locus omnis, ubi aqua in aquam cadit,) per castrum de *Abergewenni*, per *Oscæ* castrum, per antiquam & autenticam Legionum urbem descendens, non procul à *Novoburgo* in *Sabrinum* mare demergitur. *Remni* fluvius de montanis de *Brecheinoc* per castellum & pontem de *Remni* in mare descendit. Et ab eisdem montanis *Taf* per sedem *Cathedralem de Landaf*, cui & nomen dedit, usque ad castrum de *Caerdyf*, ubi se mari immiscet, impetuose transcurrit. De montibus *Wladmorgan*, inter egregia *Cisterciensis* ordinis cœnobia de *Magan* & *Neth*, *Avennia* fluvius, & *Neth* de montibus *Brecheinoc*, vivo sabulo, & absorbente, terribiles in mare deproperant; *Neth* fluvio juxta *Castellum de Neth* profluente.

De montanis quoque de Brecheinoc *Tawe* fluvius per castellum de Abertawe, quod Anglice Swainsey dicitur, *Lochor* per castellum de Lochor, & *Wendreath* per *Cydwely* in profundum dilabuntur. Ab Elennith iterum nobile flumen *Twy* Cantref mawr, & Cantref bachan ab invicem separans per castrum Lhanyndhyfri, per castellum Dinevor silvis & situ munitissimum, ubi & principalis Sudwalliae curia fuit, per nobile castrum de Caermardhin, ubi Merlinus inventus fuerat, à quo & nomen accepit, usque ad castellum de Lhanstephan in mare transfertur.

Dé montanis Presseleu *Taf* fluvius non procul ab Albæ domus monasterio, per castellum de Sancto Claro non longe ab Abercorran & Talacharn in mare devolvitur. De Montanis ejusdem *Cledheu* provinciam Daugledheu complectentes, eique de suo nomine nomen donantes, alter per castellum de Lahaden, alter per Hafetfordiam in mare decurrunt, & dicuntur Britannice *Dangledhen*, quasi duo gladii.

A montibus etiam Elennith aqua *Teivi* nobilis emanat à superiori parte Cantref mawr, & Caerdigan, non procul ab armenis, & optimo de Stratflur monasterio, inferius autem Demetriam & Caerdigan, usque in Hibernicum mare longe disternans. Hæc aqua sola in Cambria castores habet, quorum miracula si scire volueris, Itinerarium quæras. Salmone quoque præpingui præ cunctis Cambriæ fluvius magis abundat. Sed quoniam in multorum forte manus liber iste deveniet, ad quas non ille, multa quæ de castoribus specialia reperies, & notabilia quædam, hic interserere præter rem non putavi. De hujus enim bestiæ natura, qualiter à silvis ad aquas materiam vehant; quanto artificio extracta materia mediis in fluviis munimenta connectant; quam defensionis artem contravenatores in occidente prætendant, & quam in oriente; de caudis quoque pisceis, ut ajunt, potius quam carneis, pauca interserere, non inutile reputavi.

Montibus eisdem *Ystuyth* erupit, & superiores Cereticæ regionis partes de Penwedic transpenetrando sub castro Aberystuyth

stuyth in mare descendit. A niveis autem Eryri montibus nobilis *Deui* fluvius originem trahens, Sudwalliam à Nordwallia longe discernit & distinguit. Ab eisdem quoque montibus *Mawr* fluvius magnus emanans, Traeth Mawr, & Traeth bachan, id est, tractum majorem & minorem facit. *Dissennith* similiter & *Arthro* per Meryonnith & terram Conanni dilabuntur. *Comy* vero desub Eryri pede boreali montis emergens, sub nobili castello Degannwy se marinis undis immiscet. A latere montis ejusdem per castellum Ruthlan, & sic usque in mare *Cloyd* dilabitur. De lacu Pemelesmire *Douerdy*, quem Angli Deiam vocant, originem ducens, & per Cestriam currens, longeque à late re dextro silvam de Colshille, Basingwerke, & divitem non procul inde argenti venam, vivum & absorbens mare, in fluendo fabulum facit, & inter Walliam à parte boreali, sicut & Vaga ab australi, moderno tempore marchiam facit.

Totius autem Walliæ sicut australis pars circa regionem Cereticam, & præcipue Demeticam campestri planicie maritimo que littore longe amoenior: sic borealis Venedotia & situ terrarum munitior, & robustis virorum corporibus fœcundior, uberi que gleba fertilior esse dinoscitur. Sicut montes Eryri cunctis Walliæ totius armentis in unum coactis ad pascua: sic insula Mona triticei graminis fertilitate toti Walliæ fertur aliquandiu sufficere posse: Unde *Mon mam Cymry*, id est, *Mona* mater *Cambriæ*, Britannice dici solet. Merionyth autem & terra Conani, præ aliis omnibus hispida & minus culta est, & inaccessibilis. Pars ista Walliæ lanceis longis præstat, sicut australis, & præcipue circa Ventæ fines arcu solet prævalere.

Notandum etiam, quia in Nordwallia lingua Britannica deliciator, ornatior & laudabilior est, quanto alienigenis terra illa impermixtior esse perhibetur. Cereticam tamen in Sudwallia regionem, tanquam in medio Cambriæ ac meditullio sitam, lingua præcipua uti & laudatissima, plerique testantur.

Cornubienses vero & Armoricanî Britonum lingua utuntur fere persimili; Cambris tamen propter originem & convenien-

tiam in multis adhuc & fere cunctis intelligibili. Quæ quanto delicate minus & incomposita ; magis tamen antiquo linguae Britannicæ idiomati, ut arbitror, appropriata. Sicut in australibus Angliae finibus, & præcipue circa Devoniam, Anglica lingua hodie magis videtur incomposita, ea tamen vetustatem longe plus redolens, (borealis insulæ partibus per crebras Dacorum & Norwagiensium irruptiones valde corruptis) originalis linguae proprietatem & antiquum loquendi modum magis observat. Cujus etiam rei non solum argumentum, sed & certitudinem inde habere potes, quod omnes libros Anglicos Bedæ, Rabani, Regis Alfredi, vel aliorum quorumcunque, sub hujus idiomatis proprietate scriptos invenies.

Dicta est autem Cambria à Duce Cambro, Bruti filio. Brutus etenim, mediantibus avo Ascanio & patre Silvio, à Trojanis descendens, & Trojanorum reliquias, qui in Græcia detenti fuerant, in occiduam hanc insulam ducens, cum annis non paucis feliciter regnasset, & tam terræ quam genti de suo nomine nomina dedisset, in extremo tandem positus articulo, tribus filiis suis regnum Britanniæ totale divisit.

Primo, primævo sc., Locrino, medium illud & meditullium inter Humbrum & Sabrinam, quod & ab ejus nomine Loegria vocatur.

Medio vero, sc. Albanacto, totam trans Humbrum insulæ partem, quæ & ab ejus nomine Albania dicitur.

Natu vero minori, sc. Cambro, totam trans Sabrinam regionem, quæ similiter & ejus nomine Cambria nuncupatur. Hinc igitur & proprie & vere patria Cambria. Hinc patriotæ Cambri vel Cambrenses dicuntur. Eorum autem linguam à Cam & Græco dictam dicunt, hoc est, distorto Græco, propter linguarum affinitatem, quæ ob diutinam in Græcia moram contracta est, probabilis quidem & verisimilis est, minus tamen vera relatio.

Wallia vero non à Wallone duce vel Wandolena Regina, sicut fabulosa Galfridi Arthuri mentitur historia, quia revera neutra

neutra eorum apud Cambros invenies, sed à Barbarica potius nuncupatione nomen istud inolevit. Saxones enim occupato regno Britannico, quoniam lingua sua extraneum quemlibet *Wallum* vocant, & gentes has sibi extraneas Wallenses vocant, & inde usque in hodiernum, Barbara nuncupatione, & homines Wallenses & terra Wallia vocitatur. Sed quoniam de qualitate terræ & quantitate, de generatione Principum, origine fluminum, & ratione nominum haec tenus explicuimus, naturam gentis & proprietatem evolvere subsequenter aggrediemur.

Gens hæc igitur gens levis & agilis, gens aspera magis quam robusta, gens armis dedita tota. Non enim nobiles hic solum, sed totus populus ad arma paratus est. Bellica tuba sonante non segnius ab aratro ruricola, quam aulicus ab aula prorumpit ad arma. Non etenim hic, ut alibi,

— *redit agricolis labor actus in orbem.*

Solum quippe Martio & Aprili solum semel aperiunt ad avenas; nec non bis in æstate, tertioque in hyeme ad tritici trituram terras vertendo laborant. Totus propemodum populus armentis pascitur & avenis, lacte, caseo & butyro: carne plenius, pane parciius vesci solent. Non mercioniis, non navigiis, non mechanicis artibus, nec ullo prorsus nisi Martio labore vexantur: patriæ tamen tutelæ student & libertatis: pro patria pugnant, pro libertate laborant: pro quibus non solum ferro dimicare, verum etiam vitam dare dulce videtur. Unde & in thoro turpe, in bello mori decus reputant. Ac illud Poetæ dixerunt: *Procul hinc avertite pacem, Nobilitas cum pace perit.* nec mirum, si non degenerant. Quorum etenim hi reliquæ sunt, olim Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant. De his igitur hoc spectabile, quod nudi multoties cum ferro vestitis, inermes cum armatis, pedites cum equitibus congredi non verentur, in quo plerunque confictu sola fiunt agilitate & animositate victores. Illis, quorum Poeta sic meminit, sicut situ sic & natura non dissimiles,

— *populi quos despicit arctos,*

*Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus haud urget leti metu; inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animaque capaces
Mortis, & ignavum reddituræ parcere vita.*

Armis tamen utuntur levibus agilitatem non impedientibus, loricis minoribus, sagittarum manipulis, & lanceis longis, galeis & clypeis, ocreisque ferreis rarius: equis autem cursoribus & generosis, quos patria gignit, nobiliores ad bella feruntur. Pars autem populi major propter terras palustres pariter & inæquales ad prælia pedestres incedunt: equites autem pro locorum & temporum oportunitate seu dimicando, sed fugiendo facile pedites fiunt: nudis autem pedibus ambulant, vel corio crudo consutis, barbaris pro calciamento peronibus utentes. Pacis quoque & juventutis tempore silvas & saltus transpenetrare, montium alta transcurrere, dies huic labori noctibus continuare ex industria prædiscunt, & quasi sub pace prælia dum cogitant, nunc lanceando, nunc sagittando bella præludunt. Illud autem in hoc loco notandum videtur, quod Anglorum Rex Henricus secundus nostris diebus Imperatori Constantinopolitano Emmanueli, super Insulæ Britannicæ situ ac natura, magisque notabilibus, literis & nuntiis inquirenti, inter cætera hoc quasi præcipue notabile rescripsit; In quadam Insulæ parte sunt gentes, quæ Wallenses dicuntur, tantæ audaciæ & ferocitatis, ut nudi cum armatis congrædi non vereantur, adeo ut sanguinem pro patria fundere promptissime, vitamque velint pro laude pacisci. Quod & mirandum, quia bestiæ per totam propemodum insulæ faciem quasi mansuescunt, homines vero projecti bestiales mansuescere nesciunt. In tanta quoque multitudine ob pacem eis indultam hic feræ, præcipueque cervi & damæ abundant, ut in borealibus insulæ finibus versus Pech, nostris diebus, canes eorumque duces in impetu numerositatis suæ ad interitum cervi suppeditaverint.

Præterea nec crapulæ dediti nec temulentia, quibus est nec coena, nec vestium ulla sumptuositas: sed in equis solum & armis

mis eorumque apparatus tota versatur intentio. Quibus ad patriæ prædæque tuitionem mens semper erecta. A mane in vesperam jejuni, totum rebus agendis animum, totum consiliis providentiae diem donant, vespere vero cœna sobria. Et si forte nulla vel minima fuerit, vesperam alteram patienter expectant. Et tamen nec fame nec frigore tardati, ad hostiles irrogandum invasiones noctes tenebrosas deligunt & procellosas.

Nemo in hac gente mendicus, omnium enim hospitia omnibus sunt communia, largitatem quippe & præcipue dapsilitatem cunctis virtutibus anteponunt: adeo nempe hospitalis hic gratia communione lætatur, quod itinerantibus ea nec offeratur nec petatur: tantum etenim domum intrantes protinus arma custodiæ tradunt; deinde statim aquam offerentibus, si pedes ablui permiserint, hospitio suscepiti sunt. Aquæ nimirum pedibus oblatio, hospitalis apud hanc gentem est invitatio. Obsequium autem oblatum si forte recusant, matutinas recreations, & non hospitia volunt. Per turbas igitur & familias capite sibi præfetto gentis hujus juventus incedit, solum armis & otio data, patriæque defensioni promptissima; unde & tecta cujuslibet veluti propria secure subintrant.

Qui matutinis autem horis adveniunt, puellarum affatibus, & cithararum modulis usque ad vesperam delectantur: domus enim hic quælibet puellas habet, & citharas ad hoc deputatas. Unde & duo notabilia hic reperties, quia zelotypiæ vitio sicut nulla magis quam Hibernica, nulla minus quam Cambrica gens laborat. In omni quoque decuria seu familia viri, citra doctrinam, omnem citharizandi per se peritiam tenent. Vespere vero, cessantibus jam adventantium turbis, juxta numerum virorum & dignitatem, juxta domus quoque facultatem, exhibitio procuratur; ubi non ferculis multis, non saporibus & gularum irritamentis coquina gravatur, non mensis, non mappis, vel manutergiis domus ornatur. Naturæ magis student quam nitori. Unde coenantibus non binis, ut alibi, sed trinis, scirpeis, & herbae nitidæ scutellis & latis & amplis fercula cuncta simul apponunt.

nunt. Pani quoque tenui & lato, quotidiano labore decocto, cuiusmodi in veteri instrumento Lagana dici solent, interdum pulmentaria supponunt. Talibus olim usus est mensis puer ille nobilis, de cuius & hi se genere jastant, & cuius adhuc ex parte mores observant, testante Poeta:

Heu mensas consumpsimus, inquit Iulus.

Cum autem certatim obsequiis familia tota deserviat, soli præ ceteris hospes & hospita, semper astando solicite cuncta perlustrant, nec unquam nisi post plenam omnium refectionem cibos sumunt, ut si quis forte defectus accidere debeat, in ipsis cadat. Demum autem hora soporis instantे, publico strato, per latera domus in longum, juncis solum tenuiter insertis, panno quoque duro & aspero, quem patria parit, (qui & vulgari vocabulo *Brychan* dicitur) superposito, communiter accumbunt: nec alius eis nocte cultus, quam die: pallio namque tenui, & interula solum, omni tempore frigora pellunt: igne tamen sicut die, sic & nocte tota ad pedes accenso, propinquo pariter concubantium calore multum adjuti. Cum autem vellatus inferius thori duritia lasfari, vel etiam nimio superius algore frigescere coepit, illico ad ignem profiliunt, de cuius beneficio promptissima utriusque incommodi remedia querunt, & sic ad strata revertentes alternis vicibus latus unum frigori, alterum vero duritiæ donant.

Tam mulieribus autem in hac gente, quam etiam maribus ad aures & oculos tonsura rotunda. Mulieres etiam peplo candido & ampio, more Parthico, in coronam per gradus erecto capita velant.

Dentes vero in utroque sexu præ omni quam vidimus natione propensius curant, quos assidua coryli viridis confricatione, lanei quoq; panni purgatione, tanquam eburneos reddunt. Eorundem etiam culturæ gratia alimentis abstinent calidis, frigidis autem, tepidis & temperatis semper utuntur. Barbam viri, præter Gernoboda solum, radere solent. Et hanc non de novo, sed ab antiquo longisque retro seculis consuetudinem tenent, sicut ex libro de Gestis Julii Cæsaris, ab ipso conscripto, perpendi potest, ubi & hæc verba reperies.

Britan-

Britannorum gens omni parte corporis abrasa , præter caput & labrum superius. Solent etiam, ut agiliores fierent , & comis capita nudare, casum Absolonis, quoniam silvas & nemora sœpe percurrunt, vitare volentes : unde & usque in hodiernum gens hæc quoque præ gentibus aliis pilositatem magis abradit. Refert etiam Julius , quod Britones temporibus illis martio certamine congressuri facies suas nitreo quodam unguento liniebant; inde & easdem tam luridas habebant & perlucidas, ut vix in eorum vultus , præsertim sole repercuſſo , hostes aciem intendere prævaluiffent.

Item ingenii gens subtilis , acuti , cuicunque studio animum applicuerint, venæ divitis dote præcellunt, totaque communiter hæc natio præ gentibus aliis occiduo climate degentibus arguta nimis & astuta.

In musicis instrumentis dulcedine aures deliniunt & demulcent, tantaque modulorum celeritate pariter & subtilitate feruntur, tantamque discrepantium sub tam præcipiti digitorum rapacitate consonantiam præstant, quantam, ut breviter transeam, in tribus nationibus, titulo de Musicis instrumentis, Hibernica Topographia nostra declarat in hæc verba : Mirum quod in tanta tam præcipiti digitorum rapacitate Musica servatur proportio & ars per omnia indemniter , crispatos modulos organaque, per multipliciter intricata, tam suavi velocitate , tam dispari paritate, tam discordi concordia consona redditur, & completur melodia, seu Ἀλεποτάραων, seu Ἀλεπίνη chordæ concrépent. Semper autem à b molli incipiunt, & in idem redeunt, ut cuncta sub jucundæ sonoritatis dulcedine compleantur. Tam subtiliter modulos intrant & exeunt, sicque sub obtuso grossioris chordæ sonitu gracilium tinnitus licentius ludunt , latentius delestant, lasciviusque demulcent , ut pars artis maxima videatur artem velare , tanquam

Si lateat profit ; ferat ars deprensâ pudorem.

Hinc accedit, ut ea, quæ subtilius intuentibus, & artis arcana acute discutientibus, internas & ineffabiles comparant animi delicias,

ea non attendentibus, sed tanquam videndo non videntibus, & audiendo non intelligentibus, aures potius onerent quam delectent, & tanquam confuso, inordinatoque strepitu invitatis auditoribus fastidia pariant tædiosa. Tribus utuntur instrumentis, cithara, tibiis, & choro.

In causis, actionibus, & foro civili, captando, insinuando, inventiendo, disponendo, refutando & confirmando, nullas penitus naturalis Rheticæ partes omittunt. In cantilenis, rhythmicis, & dictamine tam subtiles inveniuntur, ut miræ & exquisitæ inventionis lingua propria tam verborum quam sententiarum proferant exornationes. Unde & Poetas (quos *Bardos* vocant) ad hoc deputatos in hac natione multos invenies, juxta illud poeticum :

Plurima concreti fuderunt carmina Bardi.

Præ cunctis autem Rheticis exornationibus Annominatione magis utuntur, eaque præcipue specie, quæ primas dictionum literas vel syllabas convenientia jungit. Adeo igitur hoc verborum ornatu duæ nationes, Angli scil. & Cambri, in omni sermone exquisito utuntur, ut nihil ab his eleganter dictum, nullum nisi rude & agreste censeatur eloquium, si non schematis hujus limma plene fuerit expolitum; sicut Britannice in hunc modum :

Digawn dûw da y vnic.

Wrth bob crybmylh parawd.

Anglice vero :

God is together gammen & wisedome.

In Latino quoque haud dissimiliter eloquio eandem exornationem frequens est invenire in hunc modum. Virgilius :

Tales casius Cassandra canebat.

Et illud ejusdem ad Augustum :

Dum dubitat natura, marem faceretve puellam,

Natus es, ô pulcher, pene puella, puer.

In nullis tamen linguis, quas novimus, hæc exornatio adeo ut in prioribus duabus est usitata. Mirum autem, quod Gallica lingua alias tam ornata, hunc verborum ornatum ab aliis tam usitatum

tum prorsus ignorat. Nec ego tamen id crediderim, quod priores populi duo tam diversi ab invicem & adversi in hoc verborum ornatu ex arte convenient. Sed potius ex usu longo, qui quia placuit solum, & facili similium ad similia transitu aures demulceret, per succendentia tempora inolevit. Sicut Tullius in libro de Elocutione, de talibus, qui usum habent, & non artem, loquitur, dicens: Ceteri cum legunt orationes bonas, aut poëmata, probant Oratores & Poëtas, neque intelligunt, qualiter commoti probent, eo quod scire non possunt, ubi sit, aut quid sit, quomodo factum sit id, quod eos maxime delectat.

In Musico modulamine non uniformiter, ut alibi, sed multipliciter, multisque modis & modulis cantilenas emittunt, adeo ut in turba canentium, sicut huic genti mos est, quot videoas capita, tot audias carmina discriminaque vocum, varia in unam denique sub B mollis dulcedine blanda consonantiam & organicas convenientia melodiam. In Borealibus quoque majoris Britanniae partibus trans Humbrum, Eboracique finibus, Anglorum populi, qui partes illas inhabitant, simili in canendo symphoniaca utuntur harmonia: binis tamen solummodo tonorum differentiis, & vocum modulando varietatibus, una inferiorius submurmurante, altera vero superne demulcente pariter & delectante. Nec arte tantum, sed usu longævo, & quasi in naturam mora diutina jam converso, haec vel illa sibi gens hanc specialitatem comparavit. Qui adeo apud utranque invaluit, & altas jam radices posuit, ut nihil hic simpliciter, ubi multipliciter, ut apud priores, vel faltem dupliciter, ut apud sequentes, mellite proferri consueverit. Pueris etiam (quod magis admirandum) & fere infantibus (cum primum à fletibus in cantus erumpunt) eandem modulationem observantibus. Angli vero quoniam non generaliter omnes, sed boreales solum hujusmodi vocum utuntur modulationibus, credo quod à Dacis & Norwagiensibus, qui partes illas insulae frequentius occupare, ac diutius obtinere solebant, sicut loquendi affinitatem, sic canendi proprietatem contraxerunt.

Decuria vero & familia viri, ut circumstantibus risum moveant, sibique loquendo laudem comparent, facetiam in sermone plurimam observant, dum vel sales, vel lædoria, nunc levi lingua, nunc mordaci sub æquivocationis vel amphiboliæ nebula, relatione diversa, transpositione verborum, & trajectione, subtiles & dicaces emittunt. Unde & exempla quædam, explanandi gratia, subsequenter annexi non superfluum reputavi. *Tegengl* est nomen provinciæ apud Venedotiam, cui dominabatur David Oeni filius, quam & quidam frater ejus quandoque possederat. Hoc idem & nomen fuit mulieris cujusdam, quam uterque habuisse dicebatur. Unde & aliquoddam dictum est injuriosum, *Tegenzel habere*, cum frater ejusdem ante Tegengel habuerit.

Item cum Ecclesiam Menevensem provinciæ princeps Resus Gruffini filius cum suorum multitudine peregrinandi causa aliquando devotius adiisset, factis oblationibus & missarum solemnitate completa, accessit ad eum juvenis quidam in ipsa Ecclesia, seque filium ejus esse publice protestando, & ad pedem ipsius se prosternendo, quatenus eidem rei certitudinem ferri candardis examine probare liceret, cum lachrymis humiliter imploravit. Quo verbo ad familiam & filios ejusdem duos, qui jam exierant extra, delato, subjecit juvenis quidam. Nec mirum; alii enim aurum obtulerunt, alii argentum, hic autem, qui utroque caruit, quod habuit, obiulit, scil. ferrum, paupertatis incommodum juveni dicaciter improperans. Cum de domo quadam forti, & quasi inexpugnabili, sermo à quibusdam factus fuisset, dixit unus eorum: Vere domus hæc fortis est, quia si in ea esca fuerit, nunquam erit conquisita. ad utrumque referri potuit, & ad escam & ad domum. Similiter & dominam domus cujusdam quidam avaritiae notans, dixit: Hoc solum in hospita nostra reprehensibile invenio, quod parum butyri ex consuetudine sali imponit, cum accessorium rei principali soleat apponi, subtili verborum trajectione, quoniam in quantitate abundare videbatur accessorium, principale constituens. Similia in Macrobio de

de Saturnalibus, philosophorum & magnorum virorum dicta scripto commendata hæc & hujusmodi multa reperies. Cicero cum Lentulum generum suum exiguae staturæ hominem longo gladio accinctum vidisset : Quis, inquit, generum meum ad gladium alligavit ? Accessorium causa præscripta in principale convertens. Idem, cum Q. Ciceronis fratris imaginem clypearatam cum ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pictam vidisset, ait ; Frater meus dimidius major est quam totus. Cum soror Fausti mœchum haberet fullonem : Mirum, inquit, sororem meam maculam habere, cum fullonem habeat. Cum Hannibali Antiochus copias bellatorum & armorum ingentes in campis ostenderet, quas bellum facturus populo Romano comparaverat : Putasne, inquit, ô Hannibal, hæc satis esse Romanis ? Hannibal imbellies militum ejusdem cohortes eludens : Plane, inquit, satis esse credo Romanis hæc, et si avari sint. Lepide satis & acerbe respondens, cum Rex de æstimanda ejus præparatione quæreret, ille de præda dixit.

Loquendi audaciam & respondendi fiduciam coram principibus & magnatibus cunctis communiter & minimis in plebe, sicut majoribus in omni negotio, natura dedit. Romanos & Francos hanc eandem naturæ dotem habere videmus : non autem Anglos, sicut nec Saxones, à quibus descenderunt, nec Germanos. Si enim servitutem causarum in Anglis, & hunc eis inde defectum assignas : in Saxonibus & Germanis, qui & libertate gaudent, & eodem tamen vitio vexantur, ratio non provenit. Saxones igitur & Germani à gelida poli regione, cui subjacent, hanc trahunt naturæ geliditatem. Angli quoque quanquam olim à regione remoti, originali tamen natura tam exteriorem in candore qualitatem, quam etiam interiorem illam geliditatis, eadem ex causa, liquida scil. & gelida complexionis natura, proprietatem inseparabiliter tenent. Britones autem è diverso, ex calida & adusta Dardaniæ plaga, quanquam in fines hos temperatos advecti, (quia

Cælum, non animum, mutant qui trans mare currunt,

tam exterius fuscum illum cognatumque terræ colorem, quam etiam naturalem interius ex adusto humore calorem, undefecuritas oritur, originaliter trahunt. Tres etenim populi, Romani, Æneaduce, Franci Antenore, Britones Bruto, post Trojanum excidium reliquæ Danaum, ab Asia in Europam varias ad partes profugerunt. Tribus igitur his nationibus hinc animositas, hinc nobilitas, & tanta generositatis antiquitas, perspicacis ingenii subtilitas, & loquendi securitas. Inter has autem gentes, quæ Trojani reliquiæ sunt excidii, soli Britones, qui (ut videtur) multis post vastationem & eversionem patriæ annorum curriculis in Græcia detenti, tardius in occidiuos hos Europæ fines adveuti sunt, & primæva gentis suæ vocabula, & originalis linguae proprietatem abundantius retinuerunt. Invenies etenim in his hæc nomina, Oenus, Resüs, Æneas, Hector, Achilles, He liodorus, Theodorus, Ajax, Evander, Vliex, Anianus, Elisa, Guendolena, & alia multa in hunc modum antiquitatem redolentia. Notandum etiam, quod verba linguae Britannicæ omnia fere vel Græco convenient vel Latino. Græci ὕδωρ aquam vocant, Britones *dour*, Salem *âλ*, Britones *Halen*, ὄνομα *eno*, πέντε, *pump*, δέκα *dec.* Item Latini frenum dicunt, & tripodem, gladium & loricam; Britones *froyn*, *trepet*, *uledhyf* & *lburic*: unus *unic*, canis *can*, belua *beleu*.

FINIS DESCRIPTIONIS CAMBRIÆ GYRALDI CAMBRENSIS.

Haec tenus Gyraldus ille Cambrensis; quem non tam Cambrorum aut Wallorum in Britannia, quam veterum Gallorum causa differentem illa, audire hic debuimus. Si enim tribus in regionibus hodie supersint veterum Britannorum, eorumque sermonis reliquiæ, Cambria nempe aut Wallia, Cornubia, & Armorica Galliæ, quæ Britannorum colonia etiamnum Britannia appellatur, & Gallorum sermo ille vetustissimus à Britannico haud multum, id est, dialecto tantum, testante Tacito, fuerit diversus, sequitur, ex earum gentium lingua, qualis vetusta, de qua

qua hic agitur, Gallorum fuerit, facile posse intelligi. Faciunt & huc verba Davidis Povelli; qui in Annotationibus ad Gyraldi exhibitam nunc Cambriæ descriptionem; Veterum, inquit, Britannorum reliquæ, quæ nunc in tribus regionibus, Cambria scilicet, Cornubia, & Armorica, disjunctæ habitant, Britannici sermonis antiqua temita etiam hodie retinent, ut in ipsis vocabulis & rerum nomenclaturis unius regionis incolæ cum alterius incolis loquentes, sensum facile percipiant, quamquam in syntaxi & loquutionis forma, qua in re, ex Anglorum & Gallorum permixtione & jurisdictionis prærogativa, à Britannici idiomaticis antiquâ consuetudine nonnihil declinaverunt, ut in Odis & Rhythmis antiquis videre licet, aliquando discrepant. Haud dubie in Wallia Britannæ incorruptior mansit; cuius rei argumenta & rationes mox reddemus.

Exstant & ejusdem Gyraldi Cambrensis *Itinerarii* (ut ipse inscribit) Cambriæ, seu laboriosa B. Cant. Archiepiscopi per Walliam legationis Libri duo. Incidit illa in annum Domini cI c LXXXVIII. ejusque comes Gyraldus ipse fuit. Totum illud hic exhibere non est necesse. Visum tamen est, nonnulla ex eo excerpta hic dare, quo & ex illis, qualis Wallia, ac in primis Wallorum aut Cambrorum, simulque veterum Britannorum Gallorumque lingua sit, proprius possit agnosciri.

EXCERPTA EX GYRALDI CAMBRENSIS ITINERARIO CAMBRIÆ.

Anno igitur ab incarnatione Domini millesimo centesimo octuagesimo octavo, vir venerabilis, & tam literatura, quam religione conspicuus, Cantuariorum ARCHIPRÆSUL BALDWINUS, in Salutiferæ Crucis obsequium ab Anglia in Walliam tendens, apud Herefordiæ fines Cambriam intravit:

Mane vero versus Aberhodni iter arripuimus, & verbo Domini apud Landeu seminato ibidem pernoctavimus. Dicitur autem Aberhodni, castrum & provinciæ caput, ibi situm ubi rivus Hodni in aquam Oscæ devolvitur. Aber enim lingua Britannica dicitur locus omnis ubi fluvius in fluvium cadit.

Stat autem in valle de Ewyas profundissima , quantum sagittæ est jactus arcu emissæ, montibus æthereis orbiculariter undique conclusa ecclesia sancti Joannis Baptistæ, plumbeis laminis operta , lapideo tabulato pro loci natura non indecenter extructa. In loco videlicet ubi paupercula prius sancti David Archiepiscopi capella steterat , musco silvestri solum & hederæ nexibus adornata. Vere religioni locus idoneus, & disciplinæ canonice præ cunctis insulæ Britannicæ cœnobii competenterissimus , à duobus eremitis in honorem eremiticæ vitæ primo fundatus , ab omni populari strepitu in solitudine quadam longe remotus, super fluvium Hodeni per vallis ima labentis situs : unde ab Hodeni *Lanhoden* dictus. *Lan* enim locus ecclesiasticus sonat. Exquisitius tamen dici potest, quod propria loci illius nuncupatio Cambrice est, *Nanthoden*. *Nant* etenim rivus dicitur aquæ decurrentis , unde usque hodie ab accolis locus iste lingua Cambrica *Landewi Lanhoden* vocatur , i. Ecclesia Davidis super rivum Hodeni.

Transivimus inde versus *Abergevenni* per arctum illud Silvestre, quod malum passum de *Coed Grono* vocant, nobile Cœnobiū de Lanthoni , montibus suis inclusum , à latere sinistro relinquentes. Dicitur autem *Abergevenni* castrum eo loco situm, ubi fluvius *Gevenni* in *Oscam* cadit.

Hoc autem mihi notabile videtur, quod gens hæc, quæ Venta gens vocatur , & Martiis conflictibus usitatissima , & strenuitatis opera laudatissima , & arte sagittandi præ ceteris Cambriæ finibus instructissima reperitur. Ad hujus autem assertionis ultimæ certitudinem exempla proponere non pigeat. In extrema Castri predicti expugnatione nostris diebus perpetrata , militibus duobus in turrim cumulato terrarum aggere sitam per pontem transfligentibus , Wallenses ut ipsos à tergo percuterent , sagittas arcu mittentes portam turris iliceam , palmaris fere spissitudinis, transpenetrarunt, ad tantorum iustum vehementiæ perpetuam memoriam sagittis in porta ferro repercuesso reservatis. Accidit & tempore Gulielmi de Breusa (ipso testante,) quendam

dam militem suum in conflictu contra Wallenses à quodam ipsorum per medium coxam ; cum panno lorice ocreali ferro utrinque vestitam, sagitta percussum esse, eadem quoque sagitta per partem illam sellæ, quæ *alva* vocatur, usque ad ipsum equum lethaliter transpenetrante. Alia quoque sagitta militis alterius coxam, ferro similiter utrinque munitam cum panno lorice, usque in sellam perforavit. Et cum miles ille loris equum in gyrum fletteret, alio sagittam eodem contorquente, in opposita coxa similem ictum suscepit, equo ab utraque parte firmiter affixus. Quod ergo à balista tormentum majus expectes ? Non autem arcu utuntur corneo, non alburneo, non taxeo, solum ex ulmellis silvestribus arcus formant, (*Bwac dictos*) non formosos, non politos, imo rudes prorsus & informes : rigidos tamen & fortes : non tamen ad eminus missilia mittenda, sed ad graves cominus ictus percutiendo tolerandos.

Transeuntes inde per *Carleon*, *Monemuthæ* castrum, nobilemque *Danubiae* sylvam, quæ ferinam ferrique copiam *Gloverniae* ministrat, trans *Vagam*, citraque *Sabrinam*, longe à lœva relinquentes, in *Novoburgo*, ter *Oscæ* flumine jam transcurso, pernoctavimus. Dicitur autem *Caerleon* urbs legionum. *Caer* enim Britannice urbs vel castrum dicitur.

Apud novum burgum itaque, ubi *Oscæ* flumen ab originali de *Centrefbachan* fonte descendens in mare dilabitur, ad crucis obsequia multis affectis, sluvio *Remni* transcurso ad nobile super aquam *Taf* de *Caerdif* castrum pervenimus. Serpit in Noviburgi finibus, terra scil. de *Gwentlwc*, rivulus cui nomen *Nant Pencarn*, non tam aquarum profunditate, quam alvei concavitate, palustriique limositate, non nisi certa per loca vadaque transmeabilis. Habuerat autem antiquitus vadum, cui nomen *Ryd Pencarn*, ad quod publica strata ducebat. Sonat autem Latine, vadum sub capite rupis. *Ryd* enim Britannice, vadum latine : *Pen* caput : *Carn* rupes. De quo Merlin. Silvestris mentionem faciens, in hæc verba prorupit; Cum fontem lentiginosum in dextrales Britones irruere videris, si *Ryd Pencarn* transierit, Cambriæ vires no-

veris enervari. Contigit autem nostris temporibus, cum Anglo-rum rex Henricus II. in Resum Gruffini filium arma sumeret, & per maritimam dextralis Cambriæ viam versus Caermardin tenderet, die quo *Nant Pencarn* transire debuerat, antiqui partium illarum Britones circa prædictum vadum cum summa solicitudine principis adventum observabant : scituri pro certo, quoniam & fortem noverant & lentiginosum, si vadi transitus concordaverit ; de ipso proculdubio vaticinium esse complendum. Cum igitur rex ad prædictam aquam via duce festinasset ; & vaticinali veterique vado dudum obsoleto, ad aliud ejusdem aquæ vadum (quod modernior usus frequentaverat) jam transire parasset, tubicines, & buccinatores, quos *Cornhiri* vocant, ab *hir*, quod est longum, & *cornu*, eo quod longis in cornibus flatum emitant, ex altera vadi ripa quasi regi exultantes in ejusdem honorem buc-cinare cœperunt.

Intrantes itaque provinciam, quæ *Goer* dicitur, in castro de *Sweynsei*, quod & Cambrice *Abertare* vocatur, id est, casus *Tawe* fluvii, pernoctavimus.

Habuerat etiam gentis illius linguæ notitiam, cuius & verba recitatæ consueverat, quæ sibi puerilibus (ut moris est) annis rapide comparaverat. Erant autem verba, sicut ab Episcopo prædicto mihi sunt sæpe proposita ; Græco idiomati valde conformia. Cum enim aquam requirebant, dicebant *Ydor ydorum*, quod latine sonat, aquam affér : *Ydor* enim aqua eorum lingua, sicut & Græca, dicebatur, unde & vasa aquatica *ūðejāy* dicuntur, & *Dûr* lingua Britannica similiter aqua dicitur. Item Salem requirentes dicebant, *Halgein Ydorum*, salem affér ; àλ vero Græce sal dicitur, & *Halen* Britannice. Lingua namque Britannica propter diutinam, quam Britones, qui tunc Trojani, & postea Britones à Brito eorum Duce sunt vocati, post Trojæ excidium moram in Græcia fecerant, in multis Græco conformis invenitur.

Hic autem mihi notabile videtur, quod in uno verbo tot linguas convenire non invenio, sicut in isto : àλ enim Græce, *Halen* Britannice, similiter Hibernice. *Halgein* interpositâ G. lingua

lingua prædicta : item *Sal* Latine, quia ; ut ait Priscianus, in quibusdam dictionibus pro aspiratione ponitur S. ut $\alpha\lambda\varsigma$ Græce, sal Latine, $\epsilon\mu\iota$ semi, $\epsilon\pi\tau\alpha$ septem; *Sel* Gallice, mutatione a vocalis in e, a Latino additione t literæ *Salt* Anglice, *Sout* Teutonice. Habetis ergo septem vel octo linguas in hac una dictione plurimum concordantes.

Transeuntes inde navigio flumen *Tymyense*, & versus *Caermardyn* iter arripientes, *Lanstephan* & *Talachar* marinis in scopulis à lœva reliquimus. Erant autem hæc duo castra, quæ Resus filius Gruffini post obitum Anglorum regis Henrici II. desperatione custodum citra insultum occupavit; deinde provinciis de *Pembroch* & *Ros* cædibus, incendiis & prædationibus, fere exterminio datis, frustrato conamine *Caermardyn* obsedit. Sonat autem *Caermardyn* urbs *Merlini*, eo quod juxta Britannicam historiam ibi ex incubo genitus, inventus fuerat Merlinus.

Est igitur hæc urbs antiqua coetilibus muris partim adhuc extantibus egregie clausa super nobilem *Tymy* fluvium sita, silvis & pratis abundans. Habet autem *Cantref Mawr*, id est, Cantredum magnum ab oriente, copiosa silvarum condensitate australis Cambriæ civilibus tutissimum in necessitate refugium, ubi & castrum *Dinevor* in collis excelsi vertice super fluvium *Tymy* situm: quod & principalis Sudwalliæ curia dicitur. Fuerant enim antiquitus tres principales in Wallia curiæ: *Dinevor* in Sudwallia: *Aberfrau* in Nordwallia scilicet apud *Monam*. In Powisia apud *Pengwern*, quod & nunc Slopesburia dicitur. Sonat autem *Pengwern* caput alneti. In his autem de *Cantref mawr* finibus Comimoto videlicet de Caos, illud ad animam revocans, dolus an virtus quis in hoste requirat: & illud; & si non recte pessis quoque modo rem: quam enormiter in subditos hoc nostro tempore curia vindictam exercuerit, noster explicare stilus abhorruit. Juxta *Dinevor* transflumen scil. *Tyw* in *Cantref bachan*, id est, Cantredo brevi, fons est qui die naturali bis undis deficiens, & toties exuberans, marinas imitari solet instabilitates.

Adjacet autem territorio Rossensi meridionali maritimoque

ex latere, interlabente brachio marino, Provincia Penbrochianis, cuius principale municipium totiusque provinciae Demetice caput, in saxosa quadam & oblonga rupis eminentia situum lingua marina de Milverdico portu prossiliens in capite bifurco complectitur. Unde & *Penbrochia* caput maritimæ sonat. Distat autem à *Penbrochia* castro quasi milliaribus tribus, castellum quod *Maenor Pyrr*, id est, mansio Pyrr dicuntur: qui & insulam *Chaldei* habebat, quam *Cambri Tnys Pyrr*, id est, insulam Pyrr vocant.

Erat autem hoc nomen lapidis, qui trans flumen *Aluni*, quod cœmiterium à boreali ecclesiæ parte præterfluendo disternit, jacens vice pontis fungebatur. Erat autem lapis hic marmoreus & pulcher, transeuntium pedibus superficie tenus (ut dictum est) perpolitus, decem pedes in longum, & sex in latum præferens, atque unius pedis spissitudinem habens. Sonat autem *Lechlavar Britannica* lingua, *Lapis Loquax*.

Simile quoque legitur occulto Dei judicio, sed nunquam inusto, murium majorum, qui vulgariter *Rati* dicuntur, in virum quendam olim factam persecutionem.

Habet autem hæc insula Monæ trecentas quadraginta tres villas, & pro tribus Cantredis reputatur.

Dicitur autem Cantredus composito vocabulo tam Britannica quam Hibernica lingua, tanta terre portio, quanta villas continere solet. Adjacent autem insulæ Britannæ tres lateraliter diversis ex-partibus insulæ, quæ ejusdem fere quantitatis esse perhibentur. Ab Austro *Vesta*, à Zephyro *Mona*, à Circio *Mania*. Sed duæ priores propinquius adjacent, modicis distinctæ maris interstitiis. Tertia vero, quæ *Mania* dicitur, media inter Hibernicam *Utoniam* & *Scoticas Galovidias* libramine jacens, remotius extenditur. Est autem *Mona* arida tellus & saxosa, deformis aspectu & inamœna, terræ de *Pebidton* (quæ adiacet *Menevia*) exteriori qualitate similima: veruntamen interiori naturæ dote longe dissimilis.

Montana vero, quæ à *Cambris Eryri*, ab Anglis vero *Snowdone*,

id

id est, Nivium montes dicuntur, quæ à terra filiorum Conani paulatim incrementa suscipiunt, & prope *Deganwy* in Boream se protendunt, contra *Monam* vero turribus aëreis nimis enor- miter usque ad nubes excrescunt, sub silentio non sunt præter-eunda. Tantæ siquidem & tam immensæ quantitatis esse perhi-bentur ut antiquo proverbio dici soleat; Sicut *Mônam* insulam hominibus in annona, sic *Eryri* in pascuis, coactis in unum armen-tis omnibus, toti Walliae sufficere posse.

Est fons non procul à Ruthlan in provincia de Tegengel, quem non bis tantum die naturali, more marino, vicissim, sed cre-bro diebus & noctibus nunc undis deficere, nunc exuberare cer-tum est. Idem refert Trogus Pompejus, quod *Garamantum* est oppidum, in quo fons ebullit, qui vicissim nocte dieque friget & fervet. Multis itaque mane ad Christi obsequium allectis, ad pauperculam sedis *Laneluensis* ecclesiam parum inde distantem transivimus, ubi & missa ab Archiepiscopo celebrata iter incon-tinenti aggressi sumus, & per divitem venam fructuosumque argenti scrutinium, ubi pecuniam scrutando *itum est in viscera ter-ræ*, transeuntes, in cellula de *Basinwerk* pernoctavimus. In crasti-no vero longum vivumque per loca Sabulum non absque for-minine permeantes, silvestria de *Coleshulle*, id est, carbonis colle, à dextra reliquimus.

Hæc Gyraldus. Quemadmodum autem ex iis, quæ hactenus in medium à nobis allata sunt, abunde liquet, veterum Gallo-rum Britannorumque sermonem haud multum diversum fuisse, ita hujus rei origines accuratius rimanti dubium relinquitur, an Britanni suum à Gallis acceperint, an contra Galli suum Britan-niæ debeat. Gallos in proximam Britanniam trajecisse, eique sermonem suum dedisse, suspicatur Tacitus, cuius verba ex *Agricolæ Vita* jam recitata sunt, neque hic repetere necesse est. Nec absimile vero videtur, continentem Galliæ ante Britanniæ insulam fuisse habitatum. Sed de re obscura plane & incerta ni-hil temere affirmaverim. Constat interim ex *Tacito*, antiquis, qui Galliam & Britanniam habitaverunt, populis ejusdem sermo-

nis usum fuisse, & ex Gyraldo, Britannici reliquias in Cambria, aut Wallia, nunc quoque conservari. Sed & id admonere hoc loco visum, *Gallæ & Wallæ* vocabula, sola dialecto, sive diversâ pronunciandi & scribendi ratione, esse diversa.

Revera enim sunt eadem. W sive V & G, pro dialectorum varietate, facile & frequenter permutantur. Ita iidem populi Gallicæ *Vascones* & *Gascones*, aut *Guascones* dicuntur. *Getæ* veteribus appellantur, qui nunc *Swetæ*, aut *Sueti*, de quibus alibi plura. *Guerra* & *Werra*, pro bello, promiscue legitur apud posterioris sæculi scriptores. Sic *Galli* & *Walli*, unum idemque nomen. Neque aliter qui Belgium Gallicum hodie incolunt populi, & Gallorum sermone utuntur, *Wali*, aut *Walli* Belgis appellantur. Idem est, ac si dixeris, *Galli*. Qui enim aliam ejus nominis originem aut significationem promunt, nugantur. Accedit, quod hic in primis facit, *Wallos* Britanniæ, quibus vetustissima Britanniorum, & sic etiam Gallorum, quia utraque, ut jam ostendimus, eadem, man- sit, in antiquis scriptis non *Wallos*, sed *Gallos*, aut *Gallos* disertim nominari. Fidem facere possunt Glossæ, quibus in foro Anglorum recepta antiqua vocabula quædam & Anglorum & Gallorum lingua exponuntur. In his Anglis *Wales*, qui Gallis *Gales*, disertim dicuntur. Unum ex iis petitum exemplum nunc sufficerit. Titulus est; *Marches*. In eo Anglice legitur; **M**arches be the bounds and limits betwixt us and **W A L E S**, so called either from the Germans word / March, which signifies a frontier or border/ or else from the French word / Marq, that is to say/ a signe or token of distinction / these being the notorious distinctions of two divers countries: Gallice autem; *Marches* sont les limites entre nous & **G A L E S**, issint appels ou del parol Germanois, *March*, que signifie limitem, ou del parol François, *Marq*, cest à scavoire, un signe del distinction, ceux eunts le notorious distinctions de deux divers regions. Romanorum sermone sic reddas; *Marchæ* sunt limites inter nos & *Galos*, (Ita Gallica versio. Anglica habet; *Wales*) sic dicti vel à vocabulo Germanico *March*, quod limitem significat, aut Gallico, *Marq*, quomodo signum, sive id quod discrimin osten- dit,

dit, vocant. Marcæ enim sunt maxime conspicui duarum regionum limites. Scribuntur hic disertim *Wales* Anglis, qui Gallice, *Gales*. Sed de his plura alias & alibi dicenda sunt. Liquet interim, *Galliae* & *Walliae* vocabula diversarum quidem regionum, sed non diversa nisi solâ pronunciandi & scribendi dialecto esse. Non ergo sola auctoritas Taciti, tradentis priscum Gallorum & Britannorum sermonem haud multum fuisse diversum, nec sola vocabula *Gallis* ab antiquis tributa, quæ etiamnum Britannis agnoscuntur, sed & ipsa *Galliae* & *Walliae* vocabula satis superque evincunt, non temere in *Britanniæ* *Wallia*, sive *Cambria*, cui mansisse veterem Britannorum linguam jam probavimus, & à qua prisca *Gallica* non ablusi, à nobis hæc investigari.

C A P U T V.

Britannicus *vetus sermo Walliæ in Anglia mansit*, ut & *vetus Gallicus*, à quo *Britannicus* ille haud multum diversus. Causæ durantis adhuc in *Wallia* prisca *Britannorum* linguae. Romanorum studium in lingua sua simul cum imperio propaganda. *Britannis* ea non accepta. Obstinatio gentis, situs, & auctoritas legum ad conservandam majorum linguam concurrere. *Gallorum* veterum sermonem in *Wallia* nunc supereße. Quæ linguae haud multum diversæ sint, & *Tacito* dicantur.

Gallorum *Britannorumque* *veterum sermonem* eumdem, si-
ve, ut cum *Tacito* loquamus, haud multum diversum fuisse,
apertum est. *Britannicus* autem ille suis mansit in eâ ditione,
quæ nunc *Wallia* appellatur. Ergo & *Gallicus*, qui *Britannico*
haud multum dissimilis fuit. Galli enim à *Romanis* domiti sim-
ul cum imperio horum quoq; linguam excepere; incorruptam
autem & integrum suam, & sic *Gallorum* quoque, *Britanni* con-
servavere. De qua hujus integritate ut plane hic constet, necesse
est. Johannem Davies ergo, *Britannum*, & in *Cambria* aut *Wal-
lia* natum, de patria lingua eaque post tot sœculorum intervallum
adhuc incorrupta, differentem audiamus. Duratione, inquit in
præfa-

præfatione ad antiquæ linguae Britannicæ, nunc vulgo dictæ Cambro-Brittanicæ, à suis Cymræcæ vel Cambricæ, ab aliis Wallicæ, Rudimenta, plerasque, si non omnes, saltem vulgares hac lingua superat. Mirandum etiam quod in angulo tam angusto, per tot annorum centena, non obstante Saxonum Normannorumque tyrannide, non avitum tantum nomen, ut in Britannia Cambdenus loquitur, sed & linguam suam primigeniam, sine ulla aut insigni mutatione, aut alterius linguae admixtione, in hæc usque tempora, sartam, tectam, illæsam prope medum & incorruptam conservarit reliquiarum Britannicarum manipulus. Idque, quod majus est, invitis Romanis, urbis imperiose civibus, ut loquitur Augustinus de Civit. Dei lib. xix, cap. vii. qui gentibus sibi subditis omnibus linguae suæ jugum, omni conatu, etiam latis legibus, imponebant, ita ut Gallicas & Hispanicas Provincias, Latinas prorsus facerent; & omnes fere gentes Latine loquerentur. Leges enim, quibus Provinciae regebantur, Latinas esse oportuit, & Provinciarum Prætores sententiam Latine dicere. Exstantque exempla ademptæ civitatis ob Latinæ linguae ignorantiam. Narrat enim Suetonius, splendidum virum Græciæque principem, è judicu[m] albo erasum, & in peregrinitatem redactum, quod Latinam linguam ignoraverit. In Scholis etiam illa sola fuit approbata. Nec legatis, supplicantibus, appellantibus in Senatu loqui permisum est, nisi Latine. Imo & Græcos ipsos Latine loqui cogebant, non in urbe tantum, sed in Græcia & Asia, quo Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior, ut Valerius Maximus loquitur, diffunderetur. Nec enim fese victores, aut rerum potitos, actionū humanarum domini putabant, nisi & loquelæ etiam dominarentur. Britanni tamen, linguam suam una cum religione, invitis victoribus omnibus, invitis paganis, inconcusse, ut cum Gyraldo in Itinerario Cambriæ hic loquar, retinuerunt. Addit præterea, cum aliæ fere omnes linguae singulis pene sæculis, tantam patiantur mutationem, ut cœdē esse vix videantur, Britannicam tamen ante mille & plures annos idem habuisse idioma, quod nunc retinet, ut ex Poëmatis utriusque Merlini, Sylvestris, Ambrosii, Anerinni, & Ambrosii

Tele-

Telesini, quorum alii quarto, alii quinto post Christum natum sæculo floruerent, liquet manifesto. quæ à nunc recepta loquendi ratione non ita discrepant, quin ab iis, qui vel mediocriter in lingua Britannica sunt versati, possint intelligi. Neque alia magni Cambdeni sententia est, qui in Britanniæ descriptione, *linguam hanc Britannicam minime permistam & longe antiquissimam* dicit; nisi quod nuperrime per quotidianum cum Anglis commercium, & juventutem in Anglia educatam, & plerumque ad Anglicam linguam magis quam suam à pueritia proniorem, Anglicæ quædam voces fese ei permiscuerint, & plures quotidie permisceantur.

Porro ad conservandam in Britannia, sive Cambria sive Wallia, veterem Gallorum Britannorumque linguam (utriusque gentis eamdem olim fuisse & in sola Wallia nunc superesse, iam ostendimus) plurima, in primis in traditis à majoribus, sermone præsertim, retinendis obstinatio, auctoritas legum, & situs gentis, concurrere. Situm quod attinet, Britanni, & quidem Walli ipsi, idem, quod de Germania nostrâ olim Tacitus, pronunciant, esse informem terris, asperam cœlo, tristem cultu adspectuque, nisi si patria sit. Et cum haud dubie suæ cuique patriæ, sive, ut sic dixerim, alumnæ notissimæ sedes sint, hic quoque in eorum, quæ diximus, fidem, Daviesius audiendus est. *Plerumque fit*, inquit, *ut in montanis, sterilibus, rigidis, & in amenis regionibus, quale Wallis nobis reliquum solum, lingue vetustæ post plura sæcula illese maneat, cum vellus aureum non habeant, quod fasones invitet.* Sic constat, ut jam diximus, aquilonarem illam montosamque Hispaniæ oram, quæ à Carthaginensibus, Romanis, Mauris non est debellata, etiam nunc vetustâ lingua Cantabrica uti. Idem illud de Atticis affirmat Thucydides, quemadmodum & de Arcadiæ incolis: quare illi se ἀντοχόοις, hi se πεσσελήνες prædicabant. In Granatensi quoque Hispaniæ ditione, Maurorum reliquiæ Arabicam linguam retinent, Hispanis *Araviga* dictam; cum melioris soli cultores sermone, quem Castellanum vocant, utantur. Ita & lingua Epirotica adhuc manet iis, qui Epiri montes habitant.

Addas Wallis de retinendo majorum sermone leges, & sancte observatas. Certe eorum scriptores testantur, cum reliquis fere nationibus in more semper positum fuerit, ut vicinarum linguarum cognitioni, & vocabulorum novitati studerent, ab ea Wallos semper adeo abhorruisse, ut legibus cautum fuerit, ne *Bardi*, quomodo Poëtæ & sapientiæ in hac gente professores dicebantur, vocibus novis aut à majorum sermone alienis ute-rentur, sed vetustæ linguae custodes, etiam propositis amplissimis præmiis, constituerentur. Pertinaciam gentis ut in aliis, à majoribus acceptis, ita lingua inprimis, retinendis vel illud solum evincat responsum, quod Henrico Secundo, Anglorum Regi, nobilem & senem Britannum dedisse, Britannicarum rerum scriptores tradunt. Quid de Britannorum opibus & potentia, & regio in eos maximi terroris apparatu videretur, interrogatus: *Gravari*, respondebit, plurimaque ex parte destrui vestris, Rex, aliorumque viribus, nunc ut olim & pluries, gens ista valebit: ad plenum autem propter hominis iram, nisi & ira Dei concurrerit, non delebitur. Nec alia, ut arbitror, gens quam Cambrica, NEC ALIA LINGUA, pro parte majori, in die districti examini, coram supremo judice, quidquid de ampliori contingat, pro hoc terrarum angulo respondebit. De lingua igitur majorum conservanda, non minus quam imperio solliciti Walli fuere. Sed & huc vel in primis facit, ut ex ingenio gentis petitum, vetusti in eâ Poëtæ, quem *Telesinum* vocant, vaticinium; qui, cum Britannorum cladem, servitutem, captivitatem, atque alia iis eventura mala cecinisset, tandem de duratura genti majorum lingua hæc addit;

*Eu Ner a folant,
Eu hiaith a gadwant,
Eu tir a gollant
Ond gwylt Wallia.*

Quæ Romano carmine Britannicarum rerum scriptores reddi-dere;

*Visque laudabunt Dominum creantem,
Visque servabunt idioma linguae,*

Arva-

*Arvaque amittent sua cuncta, præter
Wallœa rura.*

Quæ hoc in primis volunt; nunquam Britannorum Wallos majorum linguae jacturam facturos. Atque hæc in medium nobis adducenda hic fuere, ut ex iis palam constaret, non temere statui, in eâ Britanniæ ditione, quam Cambriam aut Walliam nunc vocant, superesse integrum & incorruptum illum sermonem Gallorum veterum, qui, ut cum Tacito iterum hic loquar, à Britannico haud multum, id est, ut ego interpretor, dialecto tantum diversus fuit. Quæ haud multum diversa sunt & dicuntur, in plerisque & præcipuis convenientiunt, ac similitudinis plus, quam dissimilitudinis habent. Quod, ubi de linguis & diversis earum dialectis sermo instituitur, maxime, hic in primis, nobis observandum est. Ita superiorum hodie & inferiorum, quos vocant, Germanorum sermo haud multum diversus, id est, si dialectum exceperis, idem est. *Dat* & *Das*, quorum illo hi, hoc isti utuntur, eadem vocabula, diversa tamen, sed haud multum, ut Tacitus loquitur, diversa sunt. *Can* aut *Cana* Regem sive Principem Tartari vocant, *Con* aut *Cona* Germani (vulgo dicunt *Coning*) neque dubitari tamen potest, quin vocabula eadem sint, sive haud multum diversa. Romanorum *Caput*, Germanorum *Cap*, aut *Cop*; Romanorum *Pes*, Græcorum πῆς, superiorum Germanorum *Vox* aut *Voet* inferiorum, quis non dixerit eadem, sive haud multum diversa esse? Exempla alia infinita sunt. Neque aliud de Britannorum & Gallorum veterum sermone pronuntiavit Tacitus, cum hunc ab illo haud multum diversum esse affirmavit.

C A P U T V I.

Cujas, & quibus accepta ferenda sit vetus lingua Britannica, que à Gallia haud multum diversa. Gracis deberi, Gyraldi; Romanis, Tovelli sententia, sed utraque rejecta. Variæ causæ similitudinis linguarum in diversis & longe dissimilis terrarum oris. Ad communem originem

nem in causa similitudinis linguarum, que diversis gentibus receptae sunt, indaganda, nonnunquam recurrendum esse. Id Persarum, Graecorum, Romanorum, Germanorum sermonis, qui tot gentibus haud multum diversus, exemplo probatum. Persarum lingua similis Germanicae. Nec tamen Germani à Persis orti, sed à Scythis, ut & ipsi Persae. Bernardi Furmerii, aliorumque, Origines Frisorum ad Persas, petitio à similitudine linguae argumento, referentium error.

HAc tenus cum Turnebo, qui nullam hac ætate linguam, ex qua vetus Gallica agnosci posset, superesse docuerat, res nobis ac certamen fuit. Britannicam hodieque superesse, à qua Gallica non multum diversa fuit, idoneis & luculentis argumentis jam ostendimus. Superest ergo, ut Gallicæ causa, quid de Britannicæ origine haec tenus eruditæ sentiant, videamus. Nec idem omnes sentiunt. Ab aliis Graecæ, aliis Ebrææ origines offeruntur. Quorum sententias & rationes hic expendere, ab instituto hoc alienum non erit. Gyraldi Cambrensis quæ fuerit, jam vidimus. Britannicum sermonem ortu vult esse Trojanum aut Graecum, ut & gentem ac imperium. Quo nihil dici aut fingi potest insulsius. Quâ enim annalium fide hæc traduntur? Qua ratione veritatis studiosis vel tantum ut verisimilia possunt offerri? Graecorum de rebus Trojanis ac ducibus mendacia & fabulas, novis additis auxere. David Povellus in suis ad Gyraldi Cambriæ descriptionem annotationibus, linguae Britannicæ vocabula pauciora à Graecis, infinita à Latinis accepta, hoc, quod sequitur, edito specimine, docet.

Anuodh,	Invitus.	Bendith,	Benedictio.
Aradr,	Aratrum.	Ber,	Veru.
Ariant,	Argentum.	Cader,	Cathedra.
Arueu,	Arma.	Calch,	Calx.
Aur,	Aurum.	Canwylh,	Candela.
Awr,	Hora.	Car,	Carrus.
Bacl,	Baculus.	Carw,	Cervus.

Cafw,	Caseus.	Malaüs,	Malitia.
Gelh,	Cella.	Maw,	Mori.
Cely,	Celare.	Mawr,	Magnus.
Cist,	Cista.	Medheginiaeth,	Medicina.
Coch,	Coccineum.	Medhic,	Medicus.
Corn,	Cornu.	Mel,	Mel.
Cuyr,	Cera.	Melhith,	Maledictio.
Cybydh,	Cupidus.	Membrwn,	Membrana.
Cybydhdra,	Cupiditas.	Menyber,	Manubrium.
Cylhelh,	Cultellus.	Milwr,	Miles.
Dant,	Dens.	Moes,	Mos.
Die,	Dies.	Monwent,	Monumentum
Dilyw,	Diluvium.	Mor,	Mare.
Dysf,	Disciplina.	Mur,	Murus.
Dyscibl,	Discipulus.	Mynyth,	Mons.
Eccleys,	Ecclesia.	Nos,	Nox.
Fenester,	Fenestra.	Orie,	Hora.
Fest,	Festinanter.	Pared,	Paries.
Festa,	Festina.	Pawl,	Palus.
Fos,	Fossa.	Pont,	Pons.
Fyrf,	Forma.	Porth,	Porta.
Gwal,	Vallum.	Pisc,	Piscis.
Glud;	Gluten.	Scriven,	Scriptura.
Gwenwyn,	Venenum.	Sych,	Siccus.
Gwiber,	Vipera.	Stabl,	Stabulum,
Gwyder,	Vitrum.	Tarm,	Taurus.
Gwyrdh,	Viride.	Tembl,	Templum.
Ihavurys,	Laboriosus.	Tir,	Terra.
Lheo,	Leo.	Tyner,	Tener.
Lhin,	Linum, Linea.	Tyst,	Testis.
Lhuric,	Lorica.	Yscal,	Scala.
Lhyver,	Liber.	Yscol,	Scola.
Magwyr,	Maceria.	Ysprid,	Spiritus.

Atque sexcenta alia, ita concludit, trita & vulgaria quidem illa, que

non recens nata sunt, sed ante mille annos elapsos in usum recepta, & apud imperitum vulgus in hodiernum usque diem communiter usurpata sunt.

Græcorum Romanorumque sermoni quin plurima simillima Britannicus habeat, negari non potest. Exempla, quæ jam recitata sunt, satis id evincunt. Et addi possunt alia prope infinita. Neque tamen ex eo sequitur, vel à Græcis vel à Romanis sermonem suum Britannos accepisse. Quam multa fere offerunt eadem & Græcis & Romanis & Germanis nostris recepta vocabula? Interim ex iis non recte colligas, Germanorum linguam Græcæ aut Romanæ deberi. Id potius ex illo sermonis consensu sequitur, ex eadem gente, tanquam matre, id est Scythica, prodilisse has nationes, & ab eadem eundem sermonem, sed dialecto fere tantum distantem, didicisse. Quod & vulgato nuper opere luculenter demonstravimus, & alias, si quidem vitam Deus & otium dederit, pluribus docebimus.

Illa tamen similitudo viros doctissimos, in explicanda vera ejus origine, in errorem jam pridem traxit. Cum enim facile ac promptum esset similitudinem illam observare, communibus harum gentium incunabulis, id est, Scythicis non animadversis, origine Græca esse, quæ Scythica, ut & Græca ipsa, falsi tradidere. Inter quos etiam est eruditissimus Hadrianus Junius, qui in Libris Animadversorum, plurima vocabula Germanica, tanquam ex Græco fonte cadentia, singulari capite, annotavit. Non ex fonte Græco cadunt illa Germanica vocabula, sed ex Scythico, quemadmodum & Græca. Ita Danica quædam vocabula ortu Græca, quia simillima sunt, erudit quidam volunt, ut *Smor*, quod butyrum Dānis significat, à Græco *μύρον*, quod unguentum notat; de quibus vide quæ Lib. I. Fastorum Dānicorum tradit Olaus Wormius, Vir doctissimus, ac antiquitatis omnis, præsertim Septentrionalium Europæ populorum, peritissimus, deque iis optimè meritus. Non autem horum vocabulorum origo à Græcis pétenda est, ut illi volunt, sed ab iis, à quibus Græci juxta cuin aliis ea accepere, ut Scythis. *Smuř*, aut *Smer* hodieque Scythæ unguentum vocant, quomodo & no-

strates Belgæ. Britanni dicunt *Mer*, quod ipsis medullam significat, ut & Belgis, quod ad Græcorum μύρη proxime accedit. Persarum Germanorumque sermonem in plurimis congruere non est dubium. Exstant certissima ejus rei specimina, quæ erudit vulgavere. Quis vero ex iis colligat Germanos à Persis esse ortos? Reperti tamen sunt, qui hac similitudine delusi nobilissimarum vetustissimarumque Germaniæ gentium origines ad Persas retulere. *Germanos*, inquit Bernhardus Furmerius lib. I. Rerum Frisicarum, cap. I. quod de Phresone, primo Frisiorum, ut vult, Rege, & ex Persis orto, inscripsit, *ex Persia ortos nomen suum huic orbis parti contulisse*, plerique docti & ex lingua & ex moribus utriusque nationi communibus acute conjiciunt. Nam **Fader** / **Ma-**
der / **Bruder** / **Tuchter** / **Band** & plurima similia vocabula in lingua Persica etiam hodie inveniri, pro Patre, Matre, Filia, Vinculo, indicat multarum linguarum peritia insignis Josephus Scaliger: & Iustus Lipsius fatetur se studiose observasse, Persas in pleraque omni vita ratione & lingua cum Germanis consentire.

Quid in ea sententia acuminis sit, ego non video; hoc scio, nihil in ea esse veritatis, certe nihil certitudinis. Plurima Turcis & Germanis eadem & idem significantia sunt vocabula.

TURCICA.

<i>As</i> , victus,	
<i>Athli</i> , eques,	
<i>Balda</i> , securis,	
<i>Bassa</i> , præfectus,	
<i>Chasna</i> , thesaurus,	
<i>Chu</i> , horreum,	
<i>Dert</i> , dolor,	
<i>Dibi</i> , fundus,	
<i>Ey</i> , bene, euge,	
<i>Eski</i> , acidus,	
<i>Gas</i> , anser,	
<i>Gazi</i> , miles,	

GERMANICA.

<i>Aes</i> .	
<i>Aethel</i> , Nobiles enim & Equites vocantur.	
<i>Balte</i> .	
<i>Baes</i> .	
<i>Schas</i> .	
<i>Schur</i> .	
<i>Deerte</i> .	
<i>Diepte</i> .	
<i>Ei</i> .	
<i>Effich</i> .	
<i>Gans</i> .	
<i>Gast</i> .	

Halli,

<i>Halli</i> , collum,	<i>Hals.</i>
<i>Han</i> , Dominus,	<i>Hans.</i>
<i>Juk</i> , onus,	<i>Juck</i> , <i>Fock.</i>
<i>Itsigstak</i> , calor,	<i>Hitschait.</i>
<i>Kusch</i> , hyems,	<i>Ku</i> , <i>Kou.</i>
<i>Keti</i> , felis,	<i>Ket</i> , <i>Kat.</i>

Sunt alia similia infinita. Absurdum esset ex his colligere, à Turcis ortos esse Germanos. Hoc potius verum est, Persas, Turcas & Germanos ejusdem generis ac originis, id est, Scythicæ, & hanc caussam similitudinis linguarum in his populis, esse.

Nam duo in primis in ejusmodi argumento accurate & obser-vanda & distinguenda sunt. quibus neglectis, hactenus à plerisque veræ harum rerum caussæ & origines haud traduntur. Quæ eadem in non eidem sive diversis nationibus, linguam in primis spectantia, offeruntur, vel eidem primæ earum origini, vel occasionibus mutationibusque, quibus factum est, ut permisce-rentur, tribuenda sunt. Fit plerumque, ut à victore populo in vietum simul cum imperio victoris lingua derivetur. Tot Provinciæ Romanæ, Romano etiam sermone infectæ, testes sunt. Testis Hispania, quæ Romanis, Mauris, Gothis parere jussa & habitata, sermone hodie fere non alio utitur, quam ex tribus diversarum gentium linguis conflato. De Italia, aut aliis Europæ populis, cum res aperta sit, nihil nunc dicendum. Infinita hodie vocabula Græci Turcis, sed dominis, debent. Ægyptii figu-ris litterarum Græcis per multa jam saecula utuntur, paucis exce-ptis. Ægyptii enim, ut vir maximus Salmasius recte observat, post dominationem Macedonum Alphabetum Græcum recepe-runt integrum, cui & de suo antiquo adjunxere septem litteras, ideo retentas, ut voces exprimerent propriæ dialecti, quibus pro-nuntiandis & scribendis Græcarum litterarum characteres non sufficiebant. Nec aliis, quam Græcorum, litteris in nummorum aliisque inscriptionibus, utuntur. Neque has ab aliis, quam vi-toribus Macedonibus, accepere. Neque vi tantum aut ferro, sed & religione ac sacris persuasis, idem evenit. Persæ, Turcaeque Arabi-

Arabicis literis, pluribusque etiam vocabulis utuntur, quæ ab Arabe Muhammede, sacrorum suorum auctore, habent. Idem de Moscis sive Russis dicendum est. Traditâ iis religione Christiana à Græcis, Cyrillo in primis, ut volunt, Græcas simul literas accepere, paucis exceptis, ut & plurima Græca vocabula, quibus hodieque utuntur. Alphabeta Russorum & lingua, satis superque id ostendunt.

Ubi horum nihil ex fide dignorum annalium monumentis in medium adferri potest, ratio profecto suadet, ut similitudinis linguarum diversis in gentibus caussam ad communem quandam earum originem referamus. Cum igitur Græcorum in Britanniam missas olim colonias apud veteres & idoneos auctores non legamus, & in domanda Britannia occupatis Romanis Cambri sive Walli, de quorum sermone, cui Gallicus simillimus fuit, hic agitur, Romanorum lingua Britannicam suam non passi sint tolli aut inquinari, quod omni exceptione majoribus argumentis jam probavimus, sequitur haud dubie eos errare, qui Britannicum sermonem, & sic quoque Gallicum, qui non multum ab illo diversus fuit, Græcis aut Romanis ferunt acceptum. Cum etiam constet Britannicum sermonem à Gallico non multum fuisse diversum, & Gallicum, ut mox docebimus, cum Germanico convenisse, & Germanicum esse haud aliud quam Scythicum, non aliæ quam Scythicæ origines hic nobis admittendæ sunt.

C A P U T VII.

Daviesii, qui sermonem veterem Britannicum, à quo Gallicus non diversus, origine Ebraicum esse contendit, sententia expenditur. Ebreus antiquissimus. Duplex in explicanda pœna confusonis aut divisionis linguarum error, aliorum majorem, aliorum minorem statuerunt, quam fuit. Qualis fuerit divisio linguarum. Quale donum linguarum in Historia Actorum Apostolicorum. Divisio linguarum non fuit tantum varietas dialectorum. Ridicule eorum rationes, qui omnia aut

pleraque ad Ebraeos fontes referunt vocabula. Soteph Ebraeorum, judex. Scolthet Germanorum unde. Scelto Frisiorum. Nomina propria plurima Germanorum Ebrais simillima, sed tamen ab his diversa. Lyscander refutatus. Isis Germanorum Dea Tacito, Disa. Barn puerum significat Cymbris. Ver quid Anglofaxonibus notet. Vir & puer & alia Romanorum vocabula ortu Scythica. Cambri, Cymræci, Cymbri, & Gambrivii, quales populi.

Veteris Gallici sermonis, cui haud multum absimilem Britannicum fuisse ex Tacito saepius jam dictum est, caussâ de Britannico, ejusque origine, propter discrepantes auctorum opiniones, nonnulla adjicienda sunt. Eorum, qui ortu Græcum aut Romanum volunt, sententiam & rationes jam expendimus. Restat, ut illorum quoque judicium vocetur sub examen, qui ab Ebræo haud multum diversum esse, tradidere. Est inter eos, cuius jam semel iterumque meminimus, Johannes Davies. Is præfatione ad Lexicon Britannicum (quo ex illustris Viri, Gulielmi Boswelli, serenissimi Magnæ Britanniæ Regis apud Fœderatos Belgas legati, cuius & eruditionem summam & comitatem præsenti mihi nuper agnoscere & colere licuit, bibliotheca deprompto utor; aditu mihi ad has opes factæ benevolentia Johannis de Laet, Viri, in quo etiam maxima & harum, ut de aliis nunc non dicam, rerum peritia, & humanitas concurrunt) ubi de hujus sermonis origine differit: *Vtut, inquit, igitur aliæ linguae de sua antiquitate jacent, & inter se certent, ut ut an Ebræa prima sit dubitare videatur R. Moses Egyptius, non esse primam etiam juramento affirment quatuor illi, apud Guevaram, Ebraeorum doctores, & gnariter contendat Goropius, hanc palmam omnes Ebræe concedere oportet, ut sit omnium linguarum matrix, omnium prima, quæ Deus ipse usus est, quæ usi sunt ad sanctos patres angelii, quam paradisi incolæ locuti sunt, quæ rebus nomina prima data sunt, ut quæ cum ipsis rebus nata est; quæ vita æterna documenta inde ab orbe condito tradita sunt, ad consummationem usque seculi duratura; quæ universæ terræ, omniumque hominum, per 2000 ferè annos, solafuit & unica; quæ, reliquias omnibus in pœnam fa-*

stuosi

stufoſi operis Babylonici à Deo missis, ſola ab illa poena immunis fuit, & in familiā Heber & Peleg, aliorumque sanctorum patrum, qui Babeli adiſicationi non interfuiſſe creduntur, cum fide & vera religione mansit. Et ſi, ut quidam opinantur, ulla lingua à natura ſit, hanc ſolam eſſe hominum linguam naturalem credimus, noſtrā & reliquias matris hujuſ venuta degeneres filias, & adulterinos peccatorum fœtus ex gigantum θεοφαχίστων nequitia ortos: in quibus tamen sancte matris pauca reſplendent lineamenta, unitatiſ antique teſtimonia & reliquiae. Sed quibus ſingulae intermediiis progenitricib⁹ ab illa omnium matrice deſluxerint, vix conjeeturā quidem aſſequi poſſumus. Quibus modis ab ea ſingula, & ab aliis matricib⁹, & à ſe invicem deducēt eſt, ſi diligenter & accuratius ſcrutari libebit, conjeeturā fortaffis nonnihil valebunt. Sic autem ſe res habere videtur. Sermonem hominibus ab ipta creatione datum eſſe, nemo unquam tam excors fuit qui dubitaret, ut quo uno præſtant maxime feris: adeoque literarum ſonos, qui quo tandem tempore figuris deſcribi cœperint, quæ voceſ in memorie ſubſidium cuſtodirent, eaſque velut depositum legentibus redderent, non adeo certum eſt. Vulgaris omnium opinio eſt literas Ebraeas omnium primas Moſem habuiſſe authorem, eaſque Iudais tradidiſſe, à quibus Thœnices acceperunt, à Thœnicibus Græci per Cadmum. Philo Abrahamo earum inventionem aſcribit; quæ tamen ante iſum videntur extitisse, ſi ve- rum eſt quod Josephus narrat, à posteris Seth binas fujiſſe erectora columnas, lapideam unam, alteram lateritiām, quibus inventas ab iſis artes inſcriperunt, & quarum alteram ſuo ſeculo manere ait. Sed de literarum invenzione & initio quicquid ſtatuantur, certum eſt, earum potestatem & ſonos apud omnes fere gentes in linguarum confuſione maniſſe. Nam linguarum confuſio ſicpote fortaffis facta eſſe creditur; ut operarii Babeli primum ſurditate ad tempus percufſi ſint, (quod illud שְׁמַעֲלָן, proprie auditus, non intellectus privationem denotans, docere videatur) deinde quam ante calerent lingua, divino miraculo, obliuice-rentur, quod Mefſala Corvino, Georgio Trapezuntio & aliis, ex natura libiſ causis contiguiſſe ferunt; tum, ne pecorum inſtar forent muti, novas ſibi ad placitum, ex literarum ſoniſ quos retinebant, & vocib⁹ nonnullis, quarum non fuerant obliti, effingerent; unde & linguarum differentia

nata est. Deus enim in linguarum confusione, (nam & ea Dei artificium est, quanquam Origenes Angelorum operam hoc advocet) ipse fecit ut homines peregrines sint & dicantur; literas cognatas inter se commutare, alias transponere, alias addere, alias demere, alias aliter pronunciare, radicales & servilibus, serviles & radicalibus facere, duras & fortes leviorum & molliorum, leves & molles duriorum & fortiorum loco ponere, homines docuit; atque ita matrices nonnullas condidit linguas, ab Ebraeis & a se invicem diversas; & ex his homines primo illo ducti instinctu alias atque alias fecerunt linguas, ex quibus proculdubio varie deinceps fluxerunt mixtura & dialecti, & fluunt mutationes ferè quotidianae. Nam linguas vernaculae paucis saeculis ita variari videmus, ut vix aliquid preter ipsa retineant nomina. Scimus enim antiquos Gallos, Italos, Hispanos, Teutonas, &c. etiam & Anglos nostros, sic olim locutos esse, quemadmodum si quis inter eos hodie loqueretur, sibilo risuque excipendum judicarent. Neque hoc mirum. Faciunt enim nationum mutua inter se commercia, ut etiam linguarum exerceantur commercia. Faciunt amicitiae, connubia, vicinitas, coloniae, ut gens una alterius linguam ediscat. Et quo praelariores & victoriosæ magis gentes, eo magis suæ linguae studium, vel legibus imponunt victis, ut Romani & ante eos Graci, vel necessarium faciunt captiuis, ut Judaeis Assyriis. Quo etiam lingua antiquior, delicior, celebrior, elegantior, copiosior existimatur, eo istam quisque pro suo ingenio magis admiratur, ejusque ambit cognitionem, & propriâ interim posthabitâ suæ immiscet. Mutationem autem non minimam acceperunt linguae, quod hominum, etiam imperitorum, idiotarum, foeminarum, puerorum, balbientibus linguis per tot secula ad libitum jacentur, & ad posteros traducantur. A malâ enim vulgi pronunciatione mala scriptio, & mala scriptio errorem tradit posteritati. Orthographiam enim consuetudini inservire, ideoque sèpè mutari dicit Quint. Et verba valent usu sicut & nummi. Multa renascentur quæ jam cecidere, cadentque Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus; Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi. Præterea in linguis aliis ad alias traducendis sèpè decipiuntur audiendo aures, ut aliam vel vocem vel literam pro aliâ accipient, & facile mutantur voces diversitas.

te pronunciationū. Adde, quod plures voces in transiū à lingua unā ad aliam perierint, & in vulgaribus quotidie pereant, quarum loco aliæ ad placitum formantur: & Verborum vetus interit ætas, Et, ju-venum ritu, florent modo nata vigentque. Huc accedit, quod novis rebus, novis inventis, nova sint vel cedula vel mutuanda nomina: cum verborum certus ac definitus sit numerus, rerum infinitus. Quod cum de lingua Græca omnium copiosissimā & verbosissimā verum sit, non mirum si paupertati angustiæque Romanæ (ut cum Seneca loquar) idem accidat; cujus tamen vocabula quinques centena millia nu-meravit Varro; cum Ebræi, ut ipsi fatentur, ultra quingentas radices non habeant. Quantumvis autem ita quotidie mutantur, & sibi invi-cem immisceantur lingue, cum tamen omnes ab Ebræa defluxerint, non mirum est si in omnibus ejus umbræ reluceant; in his plures & ma-nifestiores, in aliis pauciores & obscuriores. Nam ut rivuli eo magis vel minus turbidi sunt, quo fontibus sunt propinquiores aut ab illis re-motiores; ita quanto gens quæque remotius à Babylone, & citius post confusione sè recepit, tanto minus ut cum Ebræa conveniat eorum lingua, tanta fecit locorum & temporum intercapedo. Unde est quod Syrorum, Babyloniorum, Arabum, Samaritanorum, Medorum, Persarum, Æthiopum, Armeniorum, Ægyptiorum, Phrygum, Tex-norum linguae, sint Ebrææ multo magis affines quam Occidentalium & Septentrionalium. Sunt denique ista Ebrææ vestigia in aliis lin-guis aliquando tam manifesta, ut voces aliquæ in omnibus linguis ea-dem sint & sono & significatione, ut Saccus, Vinum, Cornu, Camelus, quem nomine Syriaco in Latium venisse dicit Varro: aliquæ in pluribus, ut Kir, Kiriah, Kiriath, Urbs, unde Carta & Cartago, & Cair, magna Ægypti urbs, & Sarmaticum seu Scythicum Car & Carm, & Parthorum Certa in Dadocerta, Tigranocerta, Vologesocerta, &c. & nostrum Caer. Sic Græcum πυλαχη, ab Hebr. פְלָגֶשׁ, Pillegesh, unde nostrum Ffilog. Et Latinum mensura à เมשורה, Mesurah, unde & no-strum Mesur, & Engl. Measure. Aliquando manent in aliis linguis voces Ebrææ, mutatâ significatione, ut סוס, Sus, Ebraicè Equus est, Latinè Porcus; Salus Ebraice Tria, Latinè Sanitatem significat. Aliquando literæ mutantur in similiis figuræ literas; & à literarum

*similitudine errores multi magnique ab oscitantibus tum librariis, tum interpretibus in Bibliorum versiones aliquas sunt introducti: atque inde factum est ut literarum ח. 1., Hebr. וְ π Ἐ: Gr. similitudine decepti, nomen Dei sanctum יהוָה, Jehovah, Gracè ΠΙΠΙ, μητρι, per nonnullas secula legerint. Eodem errore decepti 70 interpretes 1 Sam. 2. 18. ΕΦῳδ
Βαρεὶς dixerunt pro ΕΦῳδ Βαρεὶς: & Es. 29. 3. pro כְּרוֹר, Cedur, sicut
ſſh.era, legerunt כְּרוֹר, Cedavid, reddentes, ὡς Δαβὶδ: & Es. 28. 9.
pro Docebit דַעַת, Dungah, ſcientiam, legentes רָשַׁע, Rangah, reddide-
runt, Docebit τὰ υπὸν. Et quis non videt ab Hebreā, Chaldaea, Arabica,
aliisque Orientalibus linguis, que à dextra ad finitram leguntur, voceſ
facile in linguas, que à ſinistra ad dextram leguntur, tranſire, his ſuo
more legentibus que illi ſuo ſcripferunt, ut videre eſt in erronea lectione
μητρι pro יהוָה, de qua ante: ſic à דְּרָך Dharac, nos dicimus Cerdded, à
radice Cerdd, incede, ambula; & à טְרֵפָה, Terep, dicimus Praidd: quod
veteres ſcribebant Prait, & Praid; & à נְשֵׁקָה, Nefek, Kufan, &c. Sic
nimirum conuisionis poena cum linguis ludit, ut que vox à primaria lin-
guia in aliam modica tranſit mutatione, ab ita in aliam denuo facta
mutatione traducatur, atque ita deinceps in alias, ut tandem primarie
lingue ne umbra quidem ſuperſit.*

Hactenus ille: cuius hæc omnia nunc exhibenda videbantur, ut conſtaret, que & cujuſmodi ſint illorum rationes, qui lingua-
rum omnium origines ex Ebræa petendas eſſe arbitrantur. Mihi certe à veritate alienæ, frivole & ineptæ eſſe videntur. Sit ſermo Ebræus omnium primus & antiquissimus, ut communi
consenſu creditur; neque tamen ideo reliquos omnes ex eo, velut fonte, profluxiſſe, & dialecto tantum, & haud multum ab-
ſimili eoruindem vocabulorum uſu diſtare, ſtatuerendum eſt. In
historia conuisionis & divisionis linguarum in ædificatione tur-
ris Babel explicanda, dupliſem errorem vulgo ab eruditissimis
etiam viris committi, obſervo. Alius eorum eſt, qui poenam
illam, generi humano ob peccatum à justissimo & ſapientiſſimo
Deo immiſſam majorem, alius eorum, qui prope nullam, ſaltem
minorem faciunt, quam oportet. Qui majorem faciunt, pro di-
versis plane linguis habent, que haud multum ſunt diverſæ, &
dialecto

dialecto tantum, si quis aur es & animum recte arrigat, distare deprehenduntur; quales sunt Persica, Græca, Romana, Germanica, & tot aliorum Scythiam in Asia & Europa habitantium, aut ex ea prosectorum populorum. quod vulgato nuper opere satis superque probavimus. Qui minorem faciunt, ab Ebræa haud multum, id est, dialecto tantum diversas statuunt linguas, quæ plane sunt alienæ. Hi Ebræas tantum origines promunt, & egregie falluntur. Non negaverim, in omni sermone reliqua esse quædam Ebræi sermonis vestigia & vocabula; sed sunt illa paucissima. Si pleraque aut omnia ex Ebræis fontibus petita ad ipsos illos tam facile, ut illi volunt, liceret referre, modica & prope nulla in confusione linguarum esset poena, quam tamen maximam gravissimamque fuisse, sacrarum literarum auctoritate docemur. Illa confusio linguarum revera fuit divisio, & ejusmodi quidem divisio, qua factum est, ut, si paucissima vocabula exceperis, linguæ reliquæ nihil cum prima & Ebræa retinuerint cognitionis. In stupenda illa Historia Actorum Apostolicorum, ubi de missa Spiritu Sancto & dono linguarum, dicuntur Apostolis datæ linguæ plane diversæ. Unde facile colligere est, in ædificatione turris Babel, linguas omnino fuisse diversas, & ab Ebræa alienas. Nempe magnitudini poenæ in confusione linguarum, par remedii & beneficii magnitudo à clementissimo Deo est opposita. Plane aliæ & ab Ebræa diversæ erant aliarum gentium linguæ; ac iccirco plane diversæ datæ sunt Apostolis, Euangelicam doctrinam toti terrarum orbi, omnibusque adeo nationibus, tradituris. Quod in primis observandum expendendumque illis fuit, qui ad Ebræam reliquarum pene omnium linguarum exordia tanto, sed irrito conatu, nostro maxime saeculo, retulere. Si illi in confusione linguarum poenam aliquam gravem statuant, (ut profecto statuere necesse habent) non possunt non admittere illam, quam jam diximus, quaque ab Ebræa alienæ plane factæ sunt, linguarum divisionem. Varietas dialectorum haud multum diversas linguas facit, sed non plane & omnino divisas. At in ædificatione tur-

ris

ris Babel divisæ sunt linguæ. Apud Græcos Æolica, Jonica, Dorica dialeæti haud multum diversas, sed non diversas linguis constituunt. In confusione autem linguarum, plane divisæ sunt. Faciunt huc illa Sulpicii Severi, quæ Lib. i. Historiæ Sacræ leguntur : *Cum multiplicaretur, inquit, humanum genus, diversaque loca atque insulas mortales haberent, una tantum omnes lingua utebantur; donec se in unum diffusa per totum orbem multitudo contraxit.* Hùs more humani ingenii consilium fuit, insigni aliquo opere, famam querere, priusquam à se invicem diducerentur. Ita turrim facere aggressi, que cœlo accederet, nutu Dei, ut officia operantium præpedirentur, inassueto sermonis genere, multa diversò, neque ulli invicem intellecto linguarum ritu, loquebantur. Quo promptius dispersi sunt, cum alter alterum, velut alienigenam, facile relinquebat. Ad quem locum quæ à doctissimo ac amicissimo Georgio Hornio nuper annotata, videnda sunt. Inassueto ergo sermonis genere, & multa diversò, neque ulli invicem intellecto linguarum ritu, adeo ut alii alios velut alienigenas audierint, superbi mortales justissimo Dei judicio tunc puniti sunt. Cujus ego supplicii gravitatem capere ex eorum sententia aut colligere non possum, à quibus ad Ebræos fontes aliarum omnium linguarum origines referuntur. Et cui cordato, veritatisque, ut oportet, studio probare se possunt, illa quæ sibi fingunt principia, quibusque innituntur? Sunt eorum pleraque tam insulsa & ridicula, ut ne quidem refutari mereantur. *Sunt, inquit Daviesius, ista Ebrææ vestigia in aliis linguis aliquando tam manifesta, ut voces aliquæ in omnibus linguis eadem sint & sono & significatione.* Sunt sane, sed sunt paucissimæ; & nisi essent paucissimæ & prope nullæ, nulla esset poena, quam confusione linguarum humano generi Deus immisit. Cur igitur boni illi viri omnia propemodum aliarum linguarum vocabula ad Ebræam referunt, tanquam haud multum dissimilia & cognata? Cur reliquæ linguæ Ebrææ, tanquam matris, degeneres filiæ, sed filiæ tamen, appellantur? Multa in diversis linguis eadem sunt sono & significatione, nec tamen siccirco eadem origine. Cujus rei unum exemplum hic sufficerit. *Soteph*
judicem

judicem significat Ebræorum lingua. Germani *Scoteth* aut *Scoutheth* vocant, quem Latine vulgo Prætorem nunc dicunt. Quid similius & sono & significatione? Quid tamen dissimilius origine? Antiquissimum Germanicum vocabulum est *Scelto*, quod judicem significat, cuius frequentem in antiquis Frisiorum legibus, quas nobilissimus Siccama edidit, invenire est mentionem. Brabanti mei hodieque *Scholtes*, aut *Sceltes* dicunt. Reliqui Belgæ, mollieris, ut fit, pronunciationis caussa, *Scout*. Frustra ergo hujus vocabuli *Scoutheth* originem ad illud Ebræum, quamquam simillimum & prope idem, retuleris.

Eundem errorem errant, qui Danicas hodie in Septentrione Europæ nostræ origines investigant. De *Danicæ lingue origine*, inquit Cl. Wormius, jam merito nobis laudatus sed à quo veritatis caussa hic dissentendum est, *quamvis alii aliter disputatione, placet tamen quænam fuerit saniorum de ea sententia, in medium proferre*. Intersaniores præcipuus illi est Johannes Lyscander, antiquitatum patriæ suæ nec indoctus, nec indiligens investigator. Ejus verba sunt Sermone iv Antiq. Danic. De *Cimbrorum idiomate*, quæ *Balticum nunc incolunt Oceanum, plurimos audivi Danorum disputatione, Germanicane ea sit propemodum, an ex Germanica composita; & placuit plurimis Germanicam non esse origine omnino, sed ex Teutonicâ & veteri mixtam*. Namque processu temporis plus ex Germanica novi accepere. Veterem autem ajunt fuisse Ebræi sermonis aliquam dialectum. Quod uti non dubius videtur inniti rationibus, placuit hoc ipsum observare. Primum quidem istam opinionem antiquissima vetustissimorum *Ducum & Regum nomina confirmare sane possunt, que omnino Ebraica sunt, nihil quicquam commercii cum Teutonum lingua habentia; qualia sunt, Dan, Humblus, Loth, Lotherus, Gormo, Togorma, & similia Ebræi usitatissima*. Aliud tamen majus firmiusque adjiciunt; linguam *Gothorum sane Germanicam videri: sed in omnibus nequaquam communicare*. At si quando Gothicus Cimmericusve sermo à generali Teutonum idiomate manifeste dissentire videatur, tum vocem illam exemplo Ebraicam fieri, Ebræam illico sapere antiquitatem. Quod in pluribus probatum est, & nos exemplo idem didicimus. Puerum aut filium Teuto-

nes Kindt dicere solent, id quod Cimbris barbarum fieret, qui pro eo Barn retinuerunt, & pro diversis dialectorum generibus idem aliter effertur. Cimborum in Chersoneso quidam Bar, quidam Ban, Scandi Bel, Balhi, quorum fere communis oratio est, Barn, communiter vocaverunt; quod manifestissimum est ab Hebraicis Chaldaicis, Bar, & Ben, derivari. At fallitur petito illo à nominibus propriis Danorum argumento, dum Teutonibus illa vult esse ignota. Dini, Digni, Dammii, aut Damii, Humbli aut, Humbaldi, Lothi, aut Lotheri, Lutheri, & Lotharii, Germani, notissima hodie Germanis, Belgis certe nostris, sunt propria virorum vocabula. Cur origine Ebræa videri & credi debent, haec non video. An quia similia sunt? Vero similia potius sunt argumenta hæc, quam vera. Vero similia & vera integris judiciis sæpe tam diversa & contraria, quam vera & falsa offeruntur. Similia enim non omni ex parte sunt eadem. Eadem sæpe sono, non eadem sunt significatione, vel origine. Ado, veteribus Germanis receptum proprium nomen, & Ebræorum Adam, haud adeo abludere videntur, quin eadem possint videri. Quis tamen non agnoscat esse diversa? Cain proprium Ebræis nomen notissimum est. Notissimum est & Caius Romanorum. Quis, qui sapit, eadem origine esse affirmaverit? Sunt tamen sono, ut illi loquuntur, simillima. Dissimillima nihilominus esse, quis non credit? Ejusmodi similitudine decepti veteres, inter quos & gravissimus auctor Tacitus, tradunt, quod majoribus nostris culta fuerit Isis. Sed unde Ægyptium aut nomen, aut numen Germanis? Disam Deam inter Germanorum numina fuisse olim lego, quam eandem cum Iside, similitudine nominis delusi, veteres credidere. Sunt tamen numina hæc & nomina origine, & significatione dissimillima. De quibus plura alias.

Barn vocabulum, puerum Cimbris notans, quod attinet, agnosco profecto ego ejus cum Ebræorum Bar, quod puerum iis significat, similitudinem. At aliunde, & ex cognatarum gentium linguis peti potest certior & indubitata magis origo.

Ver significat antiquis Saxonibus virum & quicquid sexus est virilis, aut puerum. In Psalterio Anglosaxonico, sub initium Psalmi 1. lego : *Eath Ver*, Beatus vir. Unde factum est *Vir* Romanorum. Alii, pro dialecti varietate, dicunt *Vær*. Ita pueros etiam nostrates nutriculæ hodie vocant. Cimbri dicunt *Barn*. B & V facile & frequenter permutantur. *Ber* veteris Britannicæ linguae custodes aliquique septemtrionis populi vocant *Veru*. Et inde Romanorum *Veru*. Alii *Bauor* aut *Bouor* pro *Barn*. Unde & *Puer* Romanorum, & vetustum illud *Por*. Vnde *Marcipor*, id est, *Marci puer aut filius*. Caussa ergo nulla est, quare in promenda hujus voculæ origine ad Ebræorum *Bar* configiamus. Aliquando ; ita idem Daviesius, manent in aliis linguis voces *Ebraæ*, mutata significatione, ut *Sus Ebraice equus est*, *Latine porcus*. *Salus Ebraice tria*, *Latine sanitatem significat*. Quod quis sine risu legat? Et tamen sunt, qui ejusmodi deliria tanquam oracula amplectuntur. Cogitare debebant, multa in diversis linguis simillima literis & syllabis vocabula offerri, quorum ut dissimilis significatio, ita & diversa origo est. *Kavðaw* Græcis ardor dicitur, *Kau* Germanis frigus. *Calor* quid Romanis notet, notum est; *Cald* frigus vocant Germani. Quis eadem origine vocabula dixerit, quæ licet literis & syllabis prope eadem, tam diversa sunt significatione? Ex Scythis haud dubie orti populi, sicut Germani, ut & Græci, *Scau* ignem, ardorem vocant. Hinc *Scau* locus, in quo ignis asservatur; *scauwen*, amburere. Gothi veteres *Cauſon* ignem vocant. Unde Hispanorum, qui Gothis olim permixti, *Cauſon*, quod *calentura ardentissima* in Lexicis suis interpretantur. Eamdem cum his omnibus originem habet Græcorum, *Kavðaw*, quod *æſtum*, ardorem, febrem æſtuantem significat. Pro *Caude*, quod *frigus* & *frigidum* Belgis notat, *Kalde* aut *Keldte* superiores Germani dicunt. Hinc, *gelidus* Romanorum. K enim aut C & G facile permutantur. In lexico Anglosaxonico, quod *Virum amplissimum* & hujus linguae peritissimum mihique amicissimum, Iohannem Laëtium aucto-

rem agnoscit; *Cyle*, frigus, algor. Huic simile est Belgarum. *Cule*, aut, *Culte*, & superiorum Germanorum, Kelte. At *calidus* & *calor* Latinorum factum est ex Scythico & Germanico *Calmt*, & *Calmite*, quo *Calor* significatur. Belgæ hodieque eo vocabulo adhuc utuntur. Ridiculum ergo est, similia Ebræis vocabula literis & syllabis, sed significatione plane diversa & aliena, ad Ebræas origines referre. Ne quideim omnia quæ literis, & syllabis & significatione conveniunt, eo referenda putaverim. De quibus jam dictum est. Casu enim id accidere potuit. Nec qui aliis vultu similes sunt ideo ex iis ipsis, etiam quibus simillimi sunt, nati recte aut certo dicuntur. Quod & in expendenda linguarum origine locum habet. Multo minus admittenda illa Daviesii: *Altiquando manere in aliis linguis, ut antiqua Britannica, voces Ebræas, mutata significatione.* Ineptum est, ne quid dicam gravius, *Sus* Romanorum, quod *porcam* significat, referre ad Ebræorum *Sus*, quod *equum* notat. *Sus* Belgis nostris dicitur *foror*. An ergo & id Ebræum origine, quia *Sus* equus est & dicitur Ebræis? Pudet his ineptiis diutius immorari. Nihil illa, quam sibi fingunt, similitudine est dissimilius. *Sue* Latinorum factum haud dubie est ex Scythico & Germanico *Such*, sive *Suin*, quod *porcam* significat.

Addit idem Daviesius; *Neminem non videre, ab Ebrau, Chaldea, Arabica, altisque orientalibus linguis, quæ à dextra ad sinistram leguntur, voces fluxisse in linguas, quæ à sinistra ad dextram leguntur, his suo more legentibus, quæ illi suo scripsere.* Aio ego neminem, cui mens sana est, non videre illud ridiculum esse. Quis à sinistra ad dextram legat, quæ à dextra ad sinistram legenda sunt nisi cui caput helleboro purgandum est? Et tamen hujus sententiae suæ promunt exempla; sed ad quæ

Spectatum admissi risum teneatis amici.

Ab Ebræorum *Terep* deducit Britannorum *Praidd*, quod veteres scribebant *Prait* & *Traidi*, & *praedam* significat. Potestne quid fingi *insulsius*? Aut stolidos fuisse & amentes primos harum

harum linguarum auctores oportet, aut illos, qui hæc tam absurdâ comminiscuntur. Quid enim absurdius, quam à sinistrâ ad dextram legere, quæ, plane inverso ordine, à dextra ad sinistram, ut Ebraæ, legenda sunt? *Traid* Britannorum idem est cum Scythico Germanorum *Proi* aut *Proid*, quod *predam* significat. Vnde & factum haud dubie est *Træda* Romanorum.

Hæc tamen illa sunt, quibus, tanquam idoneis remis velisque, aut ferentibus ventis in Orientem securus navigat Daviesius, ut inde veteris Britannici sermonis origines arcessat. Ego ei ejusdemque sententiæ aliis putaverim Anticyras esse navigandum. Neque aliud videri poterit iis, qui quæ in medium jam allata nobis sunt, sano judicio expenderint. His simillimæ, id est, non minus ridiculæ & contemnendæ sunt ineptiæ eorum, qui Francis hodie recepta Francica, id est, Germanica vocabula ad Ebræos fontes referenda docent. Est inter eos Claudio Mitallerius, qui in Epistola ad Hieronymum Castilioneum, in qua de vocabulis, quæ Judæi, ut ipse vult, in Galliam introduxere, agit; *Jahar*, inquit, *sylvam Ebraë indigitant*. *Galli ab hoc Iardinum viridarium & hortum appellant*. Fallitur. *Jardin* est à Francis Germanorum acceptum vocabulum. *Harte*, *Horte*, & *Garte* Hortum vocant. Et ejusdem originis est *Hortus* Romanorum. Vide nostram de nominis Paradisi originatione dissertationem, quam suis ad Sulpicium Severum annotationibus inferendam Hornius noster existimavit. *Guerra*, addit idem Mitallerius, *ortum videatur ab Ebraeo Gharach; quod bellum, rixas, & pugnas excitare*, significat. At *Gewere* arma Francis Germanorum, aliisque Germanis, notat. Inde *Guerra*, quomodo Franci in Gallia hodie *bellum* vocant. *Funem Galli*, ita & idem ille, *Chablum appellant*. *Id descendit à Chabel Ebraeorum, quod rudentem significat*. Cur non potius à *Chabel*, quod Germanis omnibus funem significat? *Ortu* enim Germani haud dubie sunt, qui nunc Franci dicuntur, non Ebraei. Sed his inhærendum diutius hic nobis

non est, ubi de veterum Gallorum sermone instituta est disputatio. Britannicus vetus sermo, qui in Cambria hodieque in usu est, à Gallico haud multum diversus; Gallicus autem haud dissimilis Germanico fuit; ut mox ostendemus. Ergo in Germania potius Britannicæ linguae, ut & Gallicæ, origines, quam apnd Ebræos investigandæ sunt. Antiqua Britannica vocabula in Germanorum & cognatarum vicinarumque nationum linguis pene omnia inveniuntur; sicut & Gallica. Et, ut hoc addam, cum *Cambrorum* & *Cymræcorum* nomina simillima sint eorum Germaniæ vetustissimorum populorum nominibus, qui *Cimbri*, & Cornelio Tacito in Germania *Gambrii* appellantur, haud absimile vero possit videri (quis enim id certo affirmaverit?) ex his Germaniæ vetustissimis gentibus *Cambros* illos aut *Cymræcos* Britannorum originem trahere, quemadmodum *Anglos* origines suas *Saxonibus*, itidem Germaniæ populo, debere in confessu est. Id interim certissimis evincere licet argumentis (& mox pluribus evincemus) à Gallico sermone Britannicum, à Germanico Gallicum veterem haud multum fuisse diversum.

C A P U T V I I I .

Bocharti, qui sermonem veterum Gallorum origine Thœnicium esse vult, sententia expenditur. Phœnicum in Galliis Coloniae olim nullæ. Gallorum Coloniae in Asia. Galatia à Galliis sic dicta. Trevirorum sermone coloni Galli in Asia usi, non Asiatico. Quare Paulus Apostolus ad Galatas Grece scripsérit. Græcorum in Gallia olim Coloniae, nec tamen ex Græcorum sermone veteris Galici origines petende sunt. Eorum, qui plurima hodie Franci in Gallia usitata vocabula, Græcis & sono & significatione similima, Græcis accepta ferunt, sententia refellitur. Postelli opinio rejecta. Figure literarum veterum Gallicarum & Germanicarum similes Græcis non debentur Græcis, sed Scythis, ex quibus & orti

orti & Graci & Galli & Romani. Taciti de Graeca veterum Germanorum literatura locus expenditur. Literarum, que similes Græcis, in scriptura Anglosaxonum vestigia. Cyfræ, sive vulgo receptæ numerorum notæ, quibus debeantur. Græcis & Gallis communia vocabula non Galli à Græcis, sed Francis Germanis habent. Postellus iterum refutatur. Ecclesiastica vocabula Christianis hodie recepta Græcis debentur, à quibus religio Christiana olim per Europam propagata. Cum religione Christiana tradita gentibus vocabula à ceteris distinguenda. Ioannis Piccardi sententia refutata. Vocabula aliquot, quæ Græcis, Gallis, Germanis eadem sunt, & idem significant. Græcorum lingua non fuit olim vulgaris Gallorum. Verosimilia magis, sed nihilominus falsa, promunt, qui Graeca esse origine volunt plurima hodie recepta Francis in Gallia vocabula, quam Bochartus, qui præsca Gallica origine Phœnicia esse contendit.

Eadem, quæ de Britannorum veterum sermone, cui præfus Gallicus haud multum absimilis, Daviesius, de Gallico pronunciat Bochartus. quæ ex majore ejus laudato jam nobis opere in ipso quasi limine hujus dissertationis, ipsique ac totidem ejus verbis, jam representavimus; & ut iis, in quorum manus hæc nostra venient, ac ea cognoscere cura aut otium erit, in promptu ac obvia essent, quæ refellenda nunc suscepimus; & ne ille, cum quo contendimus, omnibus cum auxiliis velut in campum productus, suis aliquid copiis hic detractum, merito quereretur. Inter eos, qui Orientium linguarum cognitione ætate nostra excellunt, haud dubie locus illi debetur. Cæterum, quibus alibi feliciter usus est linguis, Gallicam veterem referre non debuit acceptam. Florentissimæ hodie in Europa & jam obviæ eruditis Orientis linguæ cereæ pridem factæ sunt, ex quibus quævis in alienis & diversissimis linguis, velut ex istis orta, finguntur. Ut Phœnicium origine Gallicum sermonem veterem esse constet, quod suspicatur ille, constare debet de Coloniis Phœnicum in Galliis, & iis

& iis quidem , quibus factum sit , ut & eorum lingua persuaderi Gallis potuerit . Galli olim in Asiam colonias misere . Unde & *Galatia* à Gallis appellata est . Suo tamen sermone usi , suum Asiaticis non tradidere . Quo facit , quod tradit D. Hieronymus , Galatas , ad quos scripsit Paulus Apostolus ; quique Celtarum soboles sunt , ut Livius & alii docent , eadē loquutos suo tempore lingua , qua Treveri , Gallorum populus , utebantur . Gnari erant & Græcæ , quam ab Asiaticis , ad quos migraverant , accepere . Quare & Græce ad eos Apostolus scripsit . Et haud absimile vero est , in sacris tandem , persuasa Christiana religione , Græcorum , vulgo autem majorum , id est , Gallico , sive Trevirorum sermone usos eos fuisse : quomodo hodieque Iberi , qui Georgiani dicuntur , sua , id est Tartarica & Armenica vulgo , in sacris autem Græca lingua utuntur . Si igitur Celtæ , aut Galatæ , aut Galli , ex Europa in Asiam profecti avitum vulgo retinuerint sermonem , qui fiat credibile , eos domi in Europa , ob Phœnicum commercia forte & Colonias , ab iis à majoribus traditis acceptisque vocabulis abstinuisse , Phœnicis admissis , quibus res necessariæ , & vulgatissimæ , & ubique obviæ , & quotidie nominandæ , denotantur ? Quæ enim ab exteris , & remotis alienisque populis habentur , simul cum alienis nominibus fere admittuntur . Plane ut Indicæ pleræque merces nobis aliisque Indica etiam nomina tradidere . Contra autem in domesticis sese res habet . Earum nomina accipiunt plerique peregrini , non abolent , aut mutant . Quis etiam credat peculiaria nationi & propria , locorum , vestium , armorum , animalium , dignitatum , numinum genera ab advenis & peregrinis , aut colonis , quibus illa hactenus invisa sunt & ignota , nomina derivari ? Nulla profecto ratio est , quæ homini sano id persuadeat . Et tamen ejus generis illa vocabula prisca Gallica sunt , quæ Phœnicibus à Bocharto tribuuntur . Adde , quod certo & antiquorum annalium auctoritate constet , Græcorum etiam olim Colonias in Galliam missas fuisse . De Massilia non dubitatur ; quem

quem locum Græca comitate & provinciali parcimonia mixtum Tacitus in societate sui Agricolæ Vita appellavit. Quis tamen veteris Gallorum sermonis reliquias, quæ hodie supersunt, ad Græcos merito retulerit? Et tamen id facilius possumusque factu est, quam, quod Bochartus fecit, auctoriibus aut colonis aut mercatoribus Phœnicibus eas ferre acceptas. Neque desunt, qui petito ab his Græcorum in Gallia Coloniis argumento, plurima Gallorum hodieque usitata vocabula Græcis deberi, docuere. Cæterum & hi quoque egregie falluntur. Inter quos est, ut de aliis jam non dicam, Guilielmus Postellus Batentinius, qui in Libello, quem Linguarum duodecim characteribus differentium Alphabetum inscripsit, Verisimile, inquit, mihi videtur, Gallos litteris caruisse usque ad adventum Phœnicium, qui Massiliam in sinu Gallico condidere. Visum est in conjecturæ fidem verba Iustini adferre. Ab his, (de Phœniciis intelligit) Galli & usum vite cultioris, deposita & mansuetacta barbarie, & agrorum cultus, & urbes mænibus cingere didicerunt. Tunc legibus, non armis vivere, tunc & vitem putare, tunc olivam serere consueverunt. Adeoque magnus & rebus & hominibus impositus est nitor, ut non Græcia in Galliam emigrasse, sed Gallia in Græciam transalpata videretur. Tanta civilitas, tantus cultus mihi etiam facile persuadet, literas habuisse comites, quæ inde fuerunt in tota Gallia in usu, ac præcipue in rebus publicis ac privatis tabulis, auctore Cæsare non in uno tantum Commentariorum loco, peculiares. Verum quidem est, Gallorum litteras à Græcis haud multum fuisse diversas, sed ex eo non sequitur, Gallos eas à Græcis colonis accepisse. Germani veteres etiam litterarum figuris, quæ Græcis nondissimiles, usi sunt; an ergo & hos à Græcis eas accepisse dicendum est? Scio in ea sententia esse vetustissimos auctores, quorum Tacitus in Libello de vita & moribus Germanorum, meminit; Vlixem, inquit, quidam opinantur longo illo & fabulosu errore in hunc Oceanum delatum adisse Germanie terras. Aram quin etiam Vlixi consecratam, adjecto Laertæ patris nomine, olim repartam; monumentaque & tumulos quosdam Græcis litteris inscriptos in confi-

nio Germaniae Rhaetiæque adhuc existare. que neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque vel addat, vel demat fidem. Quod Taciti judicium hic observandum est. Græcis litteris usi sunt Galli pariter & Germani, at non acceptis à Græcis, sed Scythis, à quibus & suas Græci, Scytharum soboles, accepere. Earum Græcis similius litterarum vestigia adhuc hodie supersunt in litteratura Anglosaxonum, quos ortu Germanos esse constat. Gillis hoc modo pingitur ȝ, cui simillimum est Græcorum γ, Germanis hodieque usitatum. Cum illa Anglosaxonum littera ȝ eadem est ternarii in numeris vulgo recepta nota, ȝ. In Alphabeto enim Scythico, & Scythis ortorum populorum, inter quos sunt & Græci, γ sive ȝ littera ordine tertia est. Quare & ternarium significat. Notæ enim illæ vulgares numerorum nihil aliud sunt, quam litteræ Scythicæ, ut alibi docuimus, aliasque pluribus docebimus. Qui enim ab Indis acceptas eas volunt, ut hactenus volunt viri doctissimi, falluntur. Indi easdem numerales notas habent, sed habent à Persis. Persæ autem ortu sunt Scythæ. Sed de his alibi plura dicenda sunt.

Subiicit idem Postellus specimen vocum, quas Gallis & Græcis communes, & Gallos Græcis coloniis debere, statuit. Cæterum & hic quoque fallitur. Vocabula illa, quæ & Græcis & Gallis idem significant, Galli habent aut à Francis, Germaniæ populo, aut ab iis, ex quibus Galli pariter & Germani & Græci orti sunt, hoc est, Scythis. Eadem enim vocabula, & eadem significatione, Germani hodieque agnoscunt. Exempla ipsa quæ Postellus promit, ut de aliis nunc non dicam, omnino id evincunt.

GRÆCE.

Γλάῦξ, lubricus,
Πίνθα, vini mensura,

GALLICE. GERMANICE.

Gliant, Coulant, Glot, Glat,
Pinte,

<i>Begōw</i> , ferveo,	<i>Embrazer</i> ,	Brajen,
<i>Bejōw</i> , impetum facio,	<i>Briser</i> ,	Brisen,
<i>Pauētō</i> , pauper,	<i>Pauure</i> ,	Pover,
<i>Mouētō</i> , mustum,	<i>Moust</i> ,	Most,
<i>Bęv̄chā</i> , tegulæ minores,	<i>Briche</i> ,	Bricken,
<i>Lākkō</i> , lacus, fossa,	<i>Lac</i> ,	Lec. Unde & Lecca, celebris Bataviæ fossa, nomen habet.
<i>Leīchēiv</i> , lambere,	<i>Licher</i> ,	Licken,
<i>Pēikēiv</i> , pungere,	<i>Piquer</i> ,	Picken,
<i>Bürgōw</i> , bursa,	<i>Bourſē</i> ,	Beurſe,
<i>Kōlēn</i> , lectulus,	<i>Coete</i> ,	Coetſe,
<i>Taξis</i> , cumulus,	<i>Taff</i> ,	Tas,
<i>Pāis</i> , Puer,	<i>Paje</i> ,	Boi, ut Angli, sive Anglosaxones, loquuntur,
<i>Ev</i> , in,	<i>En</i> ,	In,
<i>Rōξ</i> , rupes,	<i>Roch</i> ,	Rotts,
<i>Puōs</i> , pus,	<i>Boue</i> ,	Puift.

Addit Postellus, quod ridiculum est, rei ecclesiasticæ complures voces Gallis receptas origine Græcas esse, ut *eglise*, *cemetiere*, *Euangile*, *Clerc*, *Evesque*, *Diacre*, *Chanoine*, *Moyne*, & ejusmodi plura alia. Stultum est horum vocabulorum meminisse, ubi de veteribus Græcorum in Gallia coloniis agitur. A Græcis sunt illa, sed posterioribus, & Christianis, & simul cum religione Christiana per Europam propagata Gallis aliisque nationibus tradita. Horum ergo meminisse Postellus non debuit, cum de Gallicæ, qualis ea hodie est, & Græcae linguae cognatione ageret. In linguarum origine hodie indaganda, duum generum vocabula à reliquis diversa accurate distinguenda sunt; alia, quæ pariter cum Christiana religione; alia, quæ cum Græcorum Romanorumque litteris ac disciplinis inventa sunt. Talia enim plurima in Christianis cultiori-

busque gentibus hodie offeruntur; ex quibus de genuinis illarum linguis non est judicandum. Κυριακὴ Græcis Christianis dicitur *templum*. Inde factum Germanorum, Kurcke, aut Kercke, quod idem significat. Curiacea appellatur Anglosaxonibus. Id plane idem est cum Κυριακὴ Græcorum. Presbyter vocabulum est ad Romanos à Græcis Christianæ religionis propagatoribus haud dubie translatum. Inde factum est Germanorum, Priester; quemadmodum ab Episcopus, Biscop, & similia alia. Biblia Græcum vocabulum est, Christianis Romanis, aliisque Europæ nationibus simul cum religione traditum. Lessenaer dicunt Germani. Lectionarium dicebant illi, qui posterioribus temporibus primi, sed semibarbari, Germanis Romanam linguam tradidere. Nemo non videt ex eo factum esse, Lessenaer, Germanorum. Nemo tamen recte aut merito ex his colligat, Germanorum sermonem à Romano aut Græco fluxisse. Christianis Græcis aut Romanis illa debentur. Et tamen, ut hoc obiter addam, communem harum gentium, Græcorum nempe, & Romano:um, & Germanorum linguam in his etiam ut & infinitis aliis, licet animadvertere. Διάκονος Græcis minister est. Dianskanecht (hodie contracte Dienst knecht dicunt) veteribus Germanis idem significat. Επίσκοπος Græcis inspectorem designat. Factum vocabulum à σκοπεῖν, quod videre notat. Scouwen dicunt Germani, id est, inspicere, videre. Unde aenschouwen, adspicere. Cæterum de his plura alibi.

Eodem petito à missis veterum Græcorum in Galliam Coloniis argumento utitur Joannes Picardus Toutrerianus in Opere de prisca Celtopædia: quo admiranda (hoc titulo se jactat) prisorum Gallorum doctrina & eruditio ostenditur, nec non literas prius in Gallia fuisse, quam vel in Græcia vel Italia; simulque Græcos, nedum Latinos, Scientiam à prisca Gallis, (quos vel ab ipso Noachi tempore Græce philosophatos constat) habuisse. Verba ejus sunt statim sub initium Lib. i v. de prisca Celtopædia; Multæ, inquit, Græcorum verborum myriades hodie in Gallorum idiomate à doctoribus observantur; que perspicuum faciant, & ma-

gūs magisque confirmant, Græcam linguam nostris aliquando fuisse familiarem, ne dicam peculiarem. Et certe mirum est, si quis proprius intueatur, tam multas Græcas voces vulgo apud nos audiri vel à rusticis; meracius tamen, inquit Paradinus, apud ipsos Burgundiones: qui quo longius abesse videntur à novo illo atque hodierno Gallicæ linguae nitore, hoc magis Græcam, eamque priscam loquendi consuetudinem referunt. Præcipue tamen in rusticis hominibus, atque illis quidem indigenis, itemque in mulierculis (quæ quia domi, velut in nitido suo, sese perpetuo continent, facilius linguam ab avis atque pravis traditam possunt retinere) manifesta lingua ipsius Græca vestigia perseverare conspicuntur. Addit deinde syllabum multarum distinctionum mere Græcarum, (ita loquitur) à doctissimis viris & sese in Gallica lingua observatarum. Cæterum pleraque eorum, quæ ipse recitat, vocabulorum etiamnum Germanis nota sunt, quos à Græcis ea accepisse nemo, qui sapit, facile dixerit. Fidem ejus rei veritatis studiosis facere possunt ea quæ sequuntur, quibusque pro confirmando sua hac sententia Picardus usus est.

GRÆCA.

GALLICA.

GERMANICA.

Zύγον, vel Zυγὸν, jugum,	Joug,	lock,
Κέφαλη, caput,	Chef,	Kepf, Koph,
Κόκκυξ, cuculus,	Coccu,	Coeccoec,
Κλαστῖν, clamare,	Crier,	Crieffen,
Κύπερον, æs,	Cuivre,	Cuper,
Λάιχην, lana,	Laine,	Laecken,
Λέιχειν, lambere,	Licher,	Licken,
Μαρδύα, penulæ genus,	Manteau,	Mantel,
Νάνον, nanus,	Nain,	Naneke, Brabantis,
Νεῦρον, nervus,	Nerf,	Sner, Snaer,
Ποιηη, poena,	Poïne,	Peine,
Πύργον, arx, mons,	Bourg,	Burih, Berih,
Παιειν, delere,	Raier,	Rojen, uytrojen,

τεχειν, fallere,	Tricher, <i>Triegen</i> , bedriegen,
τύμβος, sepulchrum,	Tumbe, <i>Tombe</i> ,
φλέγμα, pituita,	Flegme, <i>Phleume</i> .

Quis non agnoscat omnia hæc vocabula, ut & infinita alia, de quibus alias dicendum erit, in tribus his linguis, Græca, Gallica & Germanica, eadem, sive ejusdem originis, esse? Quis interim Picardo habeat fidem, qui ex iis colligit, Græcam linguam propriam, & familiarem, & peculiarem (ita enim loquitur) Gallorum olim fuisse? Galli ejusmodi vocabula non magis Græcis debent, quam Germani. Germanos autem debere, quis dixerit? Debent Scythis, ex quibus orti sunt Græci, sicut & Germani. Missas constat in Galliam Græcorum colonias. Sed ut ex eo colligamus, Gallos hæc simillima Græcis vocabula à colonis Græcis accepisse, ratio dissuadet. Id vero esset similius, à Francica Germanicæ gente ea ad Gallos esse derivata; & istius Germanicæ Græcæque linguæ similitudinis caussam non Græcorum coloniis, sed communi Scythicæ origini deberi. Nec vero tantum simile illud, sed verissimum est. Atque hæc ideo dicenda nobis hic erant, ut constaret, si temere nimis accepta Græcis referantur vocabula, quæ simillima Græcis hodie Galli usurpant, quamvis missas olim in Galliam Græcorum colonias esse non sit dubium; temeritatis maxime eos esse incusandos, qui vocabula prisca Gallica Phœnicia esse volunt origine, ut vult Bochartus, cum nullas Phœnicum in Galliis colonias apud veteres & idoneos auctores legamus. Sed nec similia quidem sunt Phœniciis illa vetustæ linguæ Gallicæ vocabula, quæ illi volunt esse simillima. quod mox nobis ostendendum est.

C A P V T I X.

Ioannis Rhellicani, Tigurini, de veterum Gallorum sermone dubia sententia. Ea varie expenditur & refellitur.

Restat,

Restat ut reliquorum quoque hac de re sententiam audiamus. Et Joannis Rhellicani, Helvetii, anceps & dubia nunc nobis offertur. Is Annotationibus in Lib. 1. Cæsar de Bello Gallico, ubi traditur in castris Helvetiorum tabulas repertas esse litteris Græcis confectas, & ad Cæsarem perlatas; Quidam putant, inquit, istas Helvetiorum tabulas Græcis duntaxat, litteris, & sermone Gallico confectas esse. At magis credidimus, eas & litteris & vocibus Græcis eo more conscriptas fuisse, quo majores nostri ante centum & quinquaginta annos Latino sermone in publicis instrumentis, & rationibus usi sunt. Quemadmodum namque in hunc usque diem apud nos ingenui Latinis, sic veteres illi Helvetii, & alii Galli, in Græcis instituebantur litteris. Quum enim Massiliam Romani studiorum causa adierint, vero non dissimile est, etiam Gallos eo gratia discendi Græcas literas concessisse, præsertim quum hæc urbs in ipsorum terra esset sita. Cui conjecturæ & Strabo, & Cæsar ipse locuples dant testimonium. Ille namque Lib. 4. sic de Gallorum studio scribit; οὐ φιλέλληνας καποκέναζε τὸν Γαλάτας, ὥσπερ οὐ συμβόλαια Ελληνιστὶ γεγέφων. Hoc est, Budæo paraphraste, Eadem urbs Massilia Gallos lingue Graece studiosos fecit, & eo usque amantes, ut contractus, & conventa apud eos Greco sermone concipientur. Hic vero infra Lib. 6. de bello Gallico refert, Gallos in omnibus fere rebus publicis, & privatis rationibus, Græcis litteris usos esse. Hæc illi. Unde primo manifestum fit, Gallos non tantum Græcorum elementis in scriptendo, verum etiam eorum sermone in diplomatis usos esse. Deinde non vulgus, sed tantum scribas, & potentiores nobilioresque homines Græcitati studuisse, hac nota fere Cæsar innuere videtur. Quum namque dicit, pene in omnibus, cum publicis, tum privatis rationibus, & contractibus litteris Græcis usos, aliquos nimirum excludit. Quorum posterius idem Cæsar adhuc planius facit Li. 5. de bel. Gal. ubi ait, Epistolaam Græcis litteris ad Ciceronem in hybernis obseffum ideo exaram,

tam, ne, ea intercepta, Romanorum consilia hostibus proderentur. „
 Nam si vulgo apud Gallos Græcè scivissent, frustra hoc „
 consilium Cœsar in scribenda Graja epistola cepisset. Sed „
 dices, qua ergo lingua veteres Gallos usos esse arbitraris? „
 Peculiari quadam; cuius usus apud eos propter varia bella „
 cum Romanis gesta, & servitutis jugum eisdem impositum, „
 intercidit. Hujus tamen vestigia aliqua adhuc apud Bri- „
 tones maritos Lugdunensis Galliæ populos extant. Sive „
 enim hi ex Britannia in maritima Galliæ loca concesserint, „
 sive ex Galliis in Britanniam migrantes insulæ nomen dede- „
 rent; certe illorum lingua (ut mihi fide dignissimus D. Io- „
 annes Burcheirus Anglus retulit) à semiromana aliorum Gal- „
 lorum dialecto prorsus aliena est, & convenit pulchre cum „
 eorum Britannorum lingua, qui in montanis habitant, „
 quos Angli *Walos* vocant. Hi autem (ut Anglorum Anna- „
 les ferunt, & D. quoque Ioannes Butlerus dixit) indige- „
 næ in sua insula sunt, moribus ac lingua differentes à no- „
 vis incolis, qui ante aliquot annos illa loca occupaverunt. „
 Atque hanc meam sententiam, ac illorum bonorum virorum „
 relationem, duo doctissimi viri in editis suis libris confirmant. „
 Volaterranus enim Lib. 3. Geographiæ de Britonibus hæc „
 literis mandavit: *Ante omnes, inquit, Britones summum oc-* „
cupant ad mare locum. — *Hos Procopius ex Britannia insula colo-* „
nos esse dicit. Beda vero hos potius in Angliam traiicentes insu- „
 le nomen dedisse. Plinius Britanos populos in hoc Gallorum lito- „
 re nominat. Strabo etiam Britanniam urbem inter Aquitanos Bri- „
 tonibus vicinos ponit. Cœsar in Commentariis scribit, Gallos pro- „
 xima Britanniae litora ad prædandum occupasse. Gens est nunc bello „
 fortissima, sepe Gallorum regibus formidolosa. Hæc ille. Rhe- „
 nanus vero Lib. 2. Rerum Germanicarum, *Sermo*, inquit, „
 quo peculiariter Gallia fuit usq[ue] priusquam in provincia formam „
 redigeretur à Romanis, prorsum putatur abolitus. Non secus suum „
 amisere & Hispaniæ. Ceterum non desunt, qui putent veterum „
 Gallorum linguam non absimilem fuisse Britanorum dialecto, quos „

Anglia „

Anglia Walos vocat. Nam in vitâ Agricolæ Tacitus de Brittan-,,
nis agens ; in universum tamén, inquit, astimanti, Gallos vici-,,
num solum occupasse credibile est. Eorum sacra deprehendas super-,,
stitionum persuasione. Sermo haud multum diversus. Hæc ille.,,
Cujus sanè fententia mihi plus arridet, quam eorum qui putant
Gallorum & Germanorū eandem olim linguam : & confœ-
deratos, seu Suitores, plerosque non in veterum Helvetiorum
sedeis migrasse, sed ab iisdem ortos, & priscam parentum lin-
guam reservasse. Argumenta enim, quibus id probare volunt,
non satis solida videntur. Tametsi enim multa Gallica, & ho-
minum, & rerum nomina, ad Germanicam etymologiam ut-
cunque detorqueri possint: tamen non statim consequitur Gal-
los omnes Germanicè locutos. Cum enim Cæsar ipse à prin-
cipio lib. 1. & secundi asserat, non eandem omnibus Gallis lin-
guam fuisse, ac plerosque Belgas à Germanis ortos, Rhenumque anti-
quitus traductos: fieri potest, ut aliqui ex eis patriam linguam re-
tinuerint, donec una cum jugo Romanorum linguam recepe-
runt. Atque ita verisimile est, *margam* à Plinio & *Galbam* à Sue-
tonio &c. inter Gallicas voces recenseari: aliasque multas Ger-
manisimi reliquias etiamnum in Gallorum lingua extare. Ut
taceam interim quod nulla lingua tamen propria nunquam fue-
rit, quin ab aliâ quasdam voces mutuata sit. Nostra namque, hoc
est Germanica lingua, multa ex tribus illis nobilissimis totius
Orbis vocabula habet: ut *gadol*, *midda*, *zimna*. *Gadol* enim nos
prægrandem & vastam domum, *midda* modum, ac *zimna* tempus op-
portunum dicimus, quando significamus arborem suo tempore
amputandam. Quæ voces Hebræis cognatae sunt, imò eadem.
Adhæc *θύρα*, *θύρη*, *μύλη* mili, *βρότειν* broëssem, *μῆν* miggis, *λύκη*
λυκεῖν, hoc est requiescere, *πλύνειν* spuven. Quæ vocabula Græcus
statim agnoscit. Item *vinum* win, *vas* vass, esse esseri *spinatum* spi-
net, *prūnum* pfrum, *Persicum pomum* Persich: aliaque sexcenta.
Atquæ hæc verba latinus homo statim capit. Si quis autem hinc
cvincere vollet, majores nostros Hebraicè, Græcè & Latinè
vulgo locutos esse; an non hallucinaretur, & perperam colli-
P geret?

geret? maximè. Ne igitur propter aliquot Gallorum voculas Germanismum resipientes, colligamus, eos olim Germanica usos lingua. Fieri namque potuit, ut & Gallia Germaniæ vicina, aliquot vocabula propter commercium ab ea mutuata sit. Huc accedit, quod prius de lingua certum esse oportet, qui nominis argumento aliquid probare vult. Alioquin tales con fingerentur etymologiæ, quales nonnunquam homines inepti ex aliena venantur lingua: ut quendam audivi vocem Teutonicam *pur* hoc est *colonus à puritate* derivare, quasi *coloni* omnes sint *puri ac synceri*. Cum potius per syncopam Germani *būr* pro *buver*, i. e. *colonus* dicant. Quia ergò de veterum Gallorum lingua non admodum certi sumus, an Germanica fuerit, nec ne: argumentum quoque inde ductum infirmum est. Ne dicam interim quod multæ Gallicæ voces apud scriptores sunt, quas utcunque detorqueas ad Germanicam etymologiam: tamen nullum Germanismum deprehenderis aliquid certi significantem. Talis est vox *petoritum* apud Aul. *Gellium*, *rhedā* apud Quintilianum, *essedumque*, apud Virg. *Ambactus* apud Sex. Pompejum Festum, *Alauda* & *becus* apud Suetonium. Servio etiam authore *alpes* prisca Gallorum lingua, *alti montes* vocantur. Talis est quoque dictio *leuca* vel *leuga*, quæ (Jornande Authore) 1000 & 500 passus Gallis significabat. Ejus generis dictio *Soldurios* apud Cæsarem lib. 3. Gallici belli est: quæ sanè Teutonis non ita *devotum* (ut ille interpretatur) sed *stipendiarium* denotat. Item *Dog*, *magus* & *Dun*, quas voces eruditii omnes veteris Gallicismi reliquias esse dicunt. Atqui *Dog* nobis non *canem*, sed *pupam*: *magus* non *domum*, sed *ventriculum*, aut *virginem* seu *ancillam*: *Dunum* non *montem*, sed *dun*, i. e. *tenuē* significat. Econtra quæ voces à priscis authoribus Germanicæ habentur, Germanismum etiam insipidis Germanis sapiunt, & ab eis nullo negotio agnoscuntur. Quis enim quæso tam stupidus est, ut vocem *ganzam* apud Plinium, *gleffum*, & *Hertum* apud Tacitum pro Germanorum vernacula non agnoscat? Huc adde, quod Cæsar in hoc eodem lib. refert *Ariovistum longinquā*

ginquā in Galliis consuetudine Gallicam linguam didicisse. Nam si eadēm utriusque gentis lingua, quid opus erat illum tanto usū sibi Gallicæ linguæ cognitionem parare? Nec est, quod nasutus & argutulus aliquis dicat; Celticam dialectum duntaxat à Suevica diversam fuisse: ad quam descendam perinde longo usū habuerit opus, ut si quis Suevius nunc inferiorum Germanorum proprietatem ac pronunciationem addiscere vellet. Cum enim Arioivitus homo non privatus, sed Magistratus & Rex apud suos, adhuc in Germania agens, esset: vero consentaneum non est, eum inferiorum Germanorum dialecti adeò ignarum ac inexpertum fuisse, *ut tanto discendi spatio* (sicuti Cæsar hic ait) *indigeret*. Proinde mihi dubium non est, quin Polybius, Plinius, Tacitus & alii scriptores, qui Germaniam & Galliam inviserunt, indicassent eandem utrisque linguam fuisse: si dialecto tantum inter se variasset. At tantum abest, ut hoc literis mandaverit, uti Tacitus in lib. de situ & moribus Germanorum planè contrariam adstruat sententiam. Sic namque sub ejus libelli finem ait: *Gothinos Gallicâ, Ossos Pannonicâ lingua, coarguit non esse Germanos.* Hæc ille. Quod si igitur *Gothinos* ideo non *Germanos* esse vult, quod Gallica lingua uterentur: velimus nolimus, concedendum est, Gallicam à Germanicalingua ut nunc, ita & olim diversam fuisse. Quia verò Cæsar's verba de Græcis Helvetiorum tabulis plana jameſſe arbitror, auctarii vice (sicuti promisimus) addamus: an probabile sit, majores nostros ab illis ortos, & priscam linguam retinuisse, quā nos eorum posteri etiamnum utimur. Ut ergò utrumque istorum aliter habere comprobemus, veterum monumenta & historias in medium adducere oportet. Eutropius itaque scribens *Helvetios suo tempore Quados esse dictos, satis arguit, veteribus Helvetiis deletis, novos incolas in eorum sedeis migrasse*: Clarus enim historicus ille extitit sub Valente, Gratiano & Valentiniano Romanorum Imperatoribus simul regnantibus, circiter annum Domini 370. Helvetios autem à *Quados* Germaniæ populis dictos nemio negaverit. Nam Ptolomæus lib. 2. cap. 11. ita tabula Europæ 4. eos

sub Herciniū nemus collocat, ubi ferri minera effodiatur: quo loco & Pircheimerus etiam nostro seculo eorum oppida *Kam*, *Kalmunz*, & *Gravenoviam* cum iisdem ferrifodinis sita esse commemorat. Nec etiam quisquam dubitaverit, *Quadis* tanta vires fuisse, ut Helvetiis priscis deletis, eorum sedes occuparent: qui Julianum Capitolinum, Flavium Vopiscum Syracusium & Ammianum Marcellinum legit. Hi enim adeo universum & bellicosum fuisse populum memorant: *ut proprium habuerint Regem*, ac *Romanorum Imperatoribus Antonio Philosopho*, *Divo Aureliano*, & *Constantio multum negotii fecerint*. Cui sententiae & Andreas Alciatus homo doctissimus accedit: ita enim in librum Cornelii Taciti de Helvetiis annotavit. *Eutropius* eorum sedes à *Quadis* occupatas satis ostendit, *ut suspicer omneis deletos*, cum *Quadi Marcomannique sub Aureliano in Italiam irrupere*. Extat adhuc in eis vallis *Marcomanna nomine*. Periere & illi, atque ab *Alemannis (colluvies Germanorum erat)* superati in eorum ditionem concessere. A *Theodorico* deinde *Gotho* *victi*, *Francis* ex fædere dediti sunt: *Aucti demum Saxonum accessione* (quos ab violata pluries fidibus ejectos *Carolus Magnus in alpeis conjecit*) *Suitenses cœpere dici*, paruere deinde *Regibus Germanorum*. Centum ferè anni sunt, cum se *cäsis praefectis in libertatem asseruere*, cum cæde repressis *Cesaribus*. Hæc ille. Quæ quanquam satis fidei apud candidum lectorem habitura crediderim: tamen majores evidentiæ causa & alia subjiciamus argumenta, partim ex historiis, partim à nostra experientia sumpta. Quum itaque passim historiis, & gentium annalibus legamus, multos Germaniæ populos in Gallias aut sua sponte migrasse, aut à Principibus edlocatos esse: iidem haud dubiè semivacuas quoque Helveticorum sedes occupaverunt. Sic Belgæ plerique omnes populus Germanicus Belgium. Sic Gothi ac Hunni Uriam & Nuichtones Bernensem ac Friburgensem tractum invaserunt. Cujus rei satis magnum argumentum vox *Nuichtlandia*; quæ Suevismum pulchre redolet: & hodierna Nuichtorum lingua & termini superiori Bernatum ditione extantes sunt. Quemadmodum enim

enim à Nuichtonibus Suevicis populis originem trahunt: ita dialectum Suevicam in multis dictiōnibus servant. Ubi namque alii Helvetii *uch* & *flugen* hoc est *vos* & *musca* dicunt; Bernates & Friburgenses vocalem addentes, *euch* & *fleugen* pronunciant. Quin & pagus in Bernensium agro est non longè ab urbe, in via quæ Nidoviam ducit, qui dubiò procul ideo Suevicus vocatur terminus: quod olim Suevorum hoc est Nuichtonum termini illò pertingerent. Deinde quum Donatus Acci-jolus memoria prodat, decem Saxonum millia per Carolum magnum, una cum uxoribus ac liberis in Galliam transportata esse: vero non dissimile est, plerosque in iis finibus collocatos esse, qui nunc Suiterorum sunt. Siquidem nomen eorum re-etiū à Saxonum *Vitis* (ut Rhenanus admonet), quam à *Suedis* derivari videtur. Huc adde, quod & pristina bellandi virtus, & linguae Saxonicae affinitas supereſt. Nam Suiteri æquè pugna-ces, ut prisci *Vite* adhuc sunt, & hoc discriminis duntaxat lin-gua habet, quod illi secundum communem Germanorum dia-lectum sibi pronunciant, ubi hi Attico more *T.* Quin & Sue-tonius & Europius lib. 7. aſſerunt, circiter quadraginta capti-vorum Germanorum millia supra ripam Rheni in Gallia per Augu-stum Cæarem collocata esse. Atque hæc quidem ſatis eſſe reor ad probandum majores nostros non indigenas, ſed advenas: nec veteribus Helvetiis Gallicam, ſed ſuam, hoc eſt Germanicam linguam fervasse. Interim tamen non inficias iverim, fieri po-tuiffe, ut aliqui veterum Helvetiorum reliquæ adhuc ſuperfue-rint, quando Germani illorum ſedeis occupaverunt: maxime circa Muretum, Aventicum, Friburgum & ultrà Biellas, & lacum Erlachensem. In illis enim locis magna ex parte Roma-nam imitantur linguam ſed corruptiſſimè. Hæc autem cauſa eſt, cur ii Helvetii, qui trans prædicta oppida habitant, Gene-vam uſque ſemi-Romana utantur lingua, & nos qui citius in Gal-liam irruptionem fecerunt, quippe Romanorum præfectis iſt-hic adhuc juſ dicentibus, & ſuam linguam illis obtrudentibus:

nostrī verò, quīum Romanorū Imperium caput inclinasset, & ad Francos jam translātum esset: qui nihil morabantur quānam lingua subditi sui uterentur, modò dicto audientes essent. Hinc etiam factum esse puto, ut Franci, Burgundiones & cæteri Germani, qui Galliam in tempore occuparunt, etiam in Roma-
na lingua Germanismos multos committant. Sicuti & Lon-
gobardi in Italia faciunt, & plerique semidocti ex Germanis
etiam Latinè loquentes suum idiotismum admiscent. Id quod
& Apostolis Christi Græcè scribentibus accidit. Quo fit, ut nec
hoc firmum sit argumentum: multi Germanorum idiotismi in
semi-Romana Gallorum lingua nunc deprehenduntur: ergo
omnium veterum Gallorum lingua Germanica fuit. Quæ cum
sibi Clarissimus h̄arum Originum author refellenda proposuif-
set & examinanda, morbo letali & diurna infirmitate oppres-
sus, in medio opere, magno rei literariæ detimento, defecit.
Quare, benevolus Lector, hoc qualicunque Originum Fran-
cicarum specimine contentus eris; quod argumentum, quia ab
aliis copiosè, quanquam diverso instituto, tractatum est, inde à
curiosis talium, plura peti possunt.



ANTIQUE
LINGUÆ BRITANNICÆ
LEXICON
BRITANNICO-LATINUM,

QVO

GALLICÆ ORIGINES

plurimum illustrantur.

ACCEDUNT

Inserta passim ADAGIA BRITANNICA,

sapientiæ veterum DRVIDVM reliquæ,

& alia Antiquitatis Britannicæ

Gallicæque nonnulla

monumenta.

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS

Ex Daviesianis observationibus digessit.

A

C. TACITUS

IN

VITA AGRICOLÆ.

B
RITANNI PROXIMI GALLIS ET SIMILES
	Llysiau Pedr, <i>Herba S.</i> <i>Petri.</i>	Maip, <i>Rapa, rapum, con-</i> <i>glysis.</i>
		Man y donn. <i>vid.</i> Y we-
		rog.
		Mantell Fair, Mantell y corr. <i>vid.</i> Y feidiog las.
		Marchalan, <i>Enula cam-</i> <i>pana, helenium, nectaria.</i>
		Marchfieri, <i>Morus viatica.</i>
		Marchredyn y derw, <i>Po-</i> <i>lypodium, silicula.</i>
		Mar-

Marchysgall y gerddi , Marchysgall dof, <i>Cinara, cactus</i> , Artichokes.	Mintys y dwr. <i>vid.</i> Berwr y dwr.	Mynawyd y bugail. <i>vid.</i> y Droedrugg.
Meddalai. <i>vid.</i> Hoccys.	Mintys y gath, <i>Nepta, calaminthus</i> .	N.
Meddygyn, y feddyges, <i>vid.</i> y Fioled.	Mintys Mair, <i>Salvia Romana, menta Graeca</i> .	Nele, <i>Hyperica</i> .
Mefus, <i>Fraga</i> .	Mintys y creigiau, <i>Ori-ganum silvestre</i> .	Nodewydd y bugail, <i>Scan-dix</i> .
Mefusvvydd, <i>Fragaria</i> , &.	Mintys llwydion, mintys gwyltton, <i>Menta-frum</i> .	Nyth yr aderyn. <i>vid.</i> Moron y maes.
Mel y cwn, mel y gweu-nydd. <i>vid.</i> Balog y waun.	Mor-ddanadl gwynn. <i>vi.</i> Llwyd y cwn.	O.
Mel y ceirw. <i>vid.</i> an Idem.	Mor-ddanadl coch, <i>Men-ta rubea</i> .	Ogfaen, <i>Zura</i> .
Melyn y gwanwyn. <i>vid.</i> y Filfyw.	Mor-ddanadl du, <i>Marru-bium nigrum</i> . I. D. R.	yr Olbrain, <i>Pes cornui, polyanthemon</i> .
Meillion gwynion, <i>Tri-folium pratense, candrios, quercola minor</i> .	Mor-frwynen, <i>Scirpus</i> .	yt Olchenid, <i>vid.</i> Glesyn y coed.
Meillion cochion, <i>Trifo-lium purpureum pratense, trifolium acutum, oxytri-phylon; Glaux, cos, vid.</i>	Mor-gelyn, <i>Iringium, eringe, capitulum maris</i> .	yr Olcheuraid, yr Olch-wraidd, & yr Orch-wraidd. M. M. <i>vid.</i> Clust yr Arth.
Meillion cedenog, troed yr ysgyfarnog, <i>Lagopus, berba leporina</i> .	Mor-lwyau, <i>llysiau'r llwy, Cochlearia, Britan-nica, dicitur apud Avi-cennam, & Plin. lib. 25. cap. 12.</i>	yr Ornerth. q.d., yr Oreu-nerth. T.W.
Meillion tair dalen, <i>Mel-litoc</i> .	Moron, <i>Pastinaca hortensis, pastinago, cara radix</i> .	<i>vid.</i> y Ddeilen ddu.
Melyn yr eithin. <i>vid.</i> Trefgl.	Moron ffrainingc, <i>Carotta, sifera</i> .	Orpin, <i>Fabaria, faba in-verja, faba crassa, crassula minor, Telephium</i> .
Menyg ellyllon menig, y llwynog, menig Mair. vi. Dail ffion ffrywth.	Moron y maes, nyth yr aderyn, <i>Daucus, pasti-naca erratica</i> .	P.
Meryw, <i>Iuniperus</i> .	Moron y moch, <i>Pasti-naca silvestris, staphylinus</i> .	Pabi coch yr yd, <i>Papaver erraticum</i> .
Mierien, <i>Rubus</i> .	Morwydd, <i>Morus</i> .	Pabi dof, <i>vid.</i> Llysiau'r cwsig.
Mieri Mair, <i>Neurospaston, cynosbatos, cynosthodes</i> .	Mwg y ddaiar, <i>Fumus terre, fumaria, capnion, capnos</i> .	Pabi'r gwenith, <i>Lolium, Paderau'r gath</i> . vi. Blo-neg y ddaiar.
Milddail. <i>vid.</i> Llysiau'r gwaedlin.	Mwyar, mwyaren, <i>Mo-rum rubi, batinum</i> .	Paladr hir. <i>vid.</i> Corn y carw.
Milwydd. <i>vid.</i> Camri.	Mwyar Berwyn, mwyar Doewan, <i>Rubus idaeus silvestris</i> . Ar ferwyn y tyfant.	Paladr drwyddo, <i>aliis Paladr trwyddew, Per-forata</i> .
Mintys, <i>Menta, hedysy-num</i> . Gr. <i>μέντην</i> . Chald. <i>אַמְתָּה</i> , <i>Amitha</i> .	Palf y gath, palf y gath bali, <i>Antillys, abiga, cha-mapitys</i> .	Palf
Mintys Bawn, Mintys Manaw, Mintys y meirch, <i>Bausamina</i> .		

Palfy llew, <i>vid. Mantell Fair.</i>	Pumbys , pumnalen , <i>Quinquefolium , pentaphyllum.</i>	Rhos , <i>Rosa.</i>
Paredlys , <i>Parietaria.</i>	Pupur y fagwyr , <i>vid. y Friweg.</i>	Rhos campau , <i>Thryallis lychnis.</i>
Pawen yr Arth. <i>vi. Troed yr Arth.</i>	Pupur y mynydd , <i>Gratum Gnidium.</i>	Rhos cochion , <i>Rosa rubra.</i>
Pedol y march , pys y fwyall , <i>Securidaca.</i>	Pwltairi gwyllt , <i>Pyretrum sylvestre.</i>	Rhos gwynion , <i>Rosa candida.</i>
Pelydr , <i>Pyretrum.</i>	Pwrs y bugail , <i>Bursa pastoris.</i>	Rhos Mair , <i>Rosmarinus , herba salutaris , ros maris.</i>
Pelydr gwyllt , <i>Pyretrum sylvestre.</i>	Pyglys , <i>vid. Ffenigl y moch.</i>	Rhosyn y mynydd. <i>vid. Blodau'r brenin.</i>
Pelydr yspaen , <i>Magistratia , Imperatoria.</i>	Pys y ceirw , <i>Lotus urbanus , melilotus , pratellum , ferculata campana , aphaca , prasoides.</i> Y gwyn o'r rhywogaeth a elwir Melfrugum.	Rhuddygl. <i>vi. Huddygl.</i>
Pelydr yspaen du , <i>Elleborus albus.</i>	Pys y coed. <i>vid. Bloneg y ddaiar.</i>	Rhuddos. <i>vi. Gold Mair.</i>
Pennau 'r gwyr. <i>vid. Llwyn hidydd.</i>	Pys y fwyall. <i>vid. Pedol y march.</i>	Rhwyddlwyn , <i>vid. Llyfiau Llywelyn.</i>
Penllwyd. <i>vid. y Filfyw.</i>	Pys y garanod , <i>Eruum.</i>	Rhwymyn y coed. <i>vid. Bloneg y ddaiar.</i>
Perfagl , <i>Peruina , chama-daphne.</i>	Pys y llygod , <i>gwygbys.</i>	Rhyfwydd <i>vid. Gwyros. Habet Tal.</i>
Persli , <i>Apium hortense.</i>	R.	Rhyw' , <i>Ruta. Gr. πύτα.</i>
Perfli 'r meirch , <i>Levisticum.</i>	Rhawn y march. <i>vid. Cedor y wrach.</i>	S.
Perth eurddrain. <i>vid. Eirin Mair.</i>	Rhedegog y derw. <i>vid. Clustiau'r derw.</i>	Sebonllys , <i>Saponaria , Struthium.</i>
Pidyn y gog , <i>Demetis Cala 'r gethlydd , cala 'r mynach. Aron.</i>	Rhedyn , <i>Filix , venerea , oteron , aleatorolphus.</i>	Seifys , <i>Fragaria , capina.</i>
Pig yr aran. <i>vid. y Droe-druidd.</i>	Rhedyn Mair , <i>rhedyn y cadno , Filix mas.</i>	Sidan y waun.
Plu 'r gweunydd , <i>Periphorongramen. I. D. R.</i>	Rhedyn y derw , <i>Filicula , polypodium , dryopteris.</i>	Simmwr y corr , <i>vi. Mantell Fair.</i>
Poncneill , <i>Acus.</i>	Rhedyn y fagwyr , <i>rhedyn y gogofau , Asplenium , scolopendria.</i>	Sirianen , <i>Ceraunum.</i>
Porpin , <i>Portulaca.</i>	Rhesinwydd , <i>Ribes.</i>	Sowdl Christ. <i>vid. Llwyn hidydd.</i>
Pren y gerwyn. <i>vid. Dail y cwwr.</i>	Rhodell , <i>Arundo.</i>	Sowdl'y crydd , <i>Mercurialis , linozoflis , kermupoza. Est potius Oxalis species , vel Bonus Henricus.</i>
Pren Ceri , <i>Sorbus torminalis.</i>	Rholbrynn. <i>vid. Ffynn y plant.</i>	Sugn y geifr , <i>vid. Llaeth y geifr.</i>
Pren melyn. <i>vid. Drain y spinus.</i>	K	Suran , <i>Rumex , oxalis , acetosa , oxylapathum.</i>
Pren pisgen , pren pis-gwn , <i>Cornus sylvestris. The dogge berrie tres.</i>		Suran hirion , <i>tafol y dwr , Hydrolapathum.</i>
Pryfet. <i>vid. Gwyros..</i>		Suran y fran , <i>Acedula.</i>

triagl tair dalen, *Trifolium acetosum*, *alleluia*, *panis cuculi*, *oxytriphylum*, *Oxys*.
 Suran y maes, *Lapathum acutum*.
 Suran yr yd, Dringol, *Oxalis acetosa*.
 Surcvn y melinydd. *vid.*
 y Dew banog.
 Syfi. *vid.* Mefus.

T.

Tafod y bwch, *Lingua hircina*.
 Tafod y ci, tafod y bytheiad, *Lingua canis*, *cynoglossos*, *lycopis*.
 Tafod yr edn, *Agrostis gramine*, *crataeus*.
 Tafod yr edn leiaf, *Pigula minor*.
 Tafod yr hedydd, *vid.*
 Llysiau'r hedydd.
 Tafod yr hydd, *Lingua ceruina*, *phyllitus*, *pyrgitis*, *helionium scolopendria*.
 Tafod y llew.
 Tafod y march, *Vvularia hippoclissum*.
 Tafod y neidr, *Ophioglossum*, *lingua serpentina*.
 Tafod yr oen, *Arnoglossa*.
 Tafod y Pagan, *Idem quod Tafod y march*.
 Tafod yr ych, tafod y fuwch, *Buglossum verum*, *euprosynum*, *ocimasterum*, *burnetta domestica*.
 Tafol, *Rumex*, *lapathum*, *pericella*.
 Tafol Mair, *Oxylapathum*.
 Tafol y dwr, *vid.* Suran hirion.

Tafol y mor, *vid.* Crafangc yr Arth.
 Tafol gwaedlyd, tafol hirion, *Patientia*.
 Tafol cochion, *Tapacum*.
 Tagadr, *vid.* Hwp yr ychen.
 Tagwyg, *Orobanche*.
 Tansi, *Athanasia*, *tanacetum*.
 Tansi gwylt, *vid.* y Dinlla-wyd.
 Tapr dunos, tapr Mair, *vid.* y Dewbanog.
 Tegeirian, *vid.* y Galdrift.
 Teim, *Thymus*.
 Teircail, *Triorchis minor*.
 Tethau'r gaseg, *vid.* Gwyddfid.
 Torr maen, yr eglyn, y llyfannawg, maenhad, had y gramandi, gro-mil, *Saxifragum*, *Oenanthe*, *lithospermum*, *lilium folis*.
 Traeturiaid y bugeilydd, *vid.* Llwynhidydd.
 Trefgl y moch, *Febilicum tormentilla*. I. D. R.
 Trefgl melyn, melyn yr eithin, triagl y tlodion, *Heptaphillum*.
 Triagl y cwn, *Cramen*.
 Triagl tair dalen, *vid.* Suran y gog.
 Triagl y tlawd, *vid.* Garlleg.
 Troed yr arth, *vid.* Crafangc yr arth.
 Troed yr assen, yr arlle-gog, *Alliarium*.
 Troed y dryw, *vid.* Cwlyn y mel.

Troed y ceiliog, colwm-bein. Troed y glommen, llysiau'r cwlwm, *Aquileia*.

Troed y barcud, *Pes milui*.
 Troed y cyw, *Pes pulli*.
 Troed y gywen, *Portulaca*, *andrachne*, *peplion*.
 Troed yr hedydd, *vid.* Llysiau yr heciydd.
 Troed y lllew, *vid.* Mantell Fair.

Troed y tarw.
 Troed yr wydd, *Pes anserinus*.

Troed yr ysgyfarnog, *vid.* Meillion cedenog.
 Trwyn y llo, *Antirrhinum anarrhinon*.

Tryw, Medd. Mydd.

V.

Vchelfa, vchelfel, vc-helwydd, *Viscum ixos*, *dryos hyphear*.

W.

y Waedlys, vi. Helyglys. y Weddlys, *Glaustum*. y Wenylllys, *vid.* Gwennydail.

y Werdonell, y Werdd danell, *Horminum salsum*, *geminalis*, *herba S. Joannis*, *halis*, *sclarea*, *oculus Christi*.

y Werog, bara cann y defaid, llysiau'r defaid. Man y donn, *quod minutula sit in terra cute*. Te-wychu defaid a wna.

y Wermod wenn, *Parthenium matricaria*, *febrisuga*.

y Wermod lwyd, *vid.* Chwer-

Chwerwlys.	Yspaddaden, <i>Spinus albens</i> , <i>spina acuta</i> .	Ysgarllys, <i>Aristolochia</i> , <i>Ysgarllys gronn</i> , <i>Aristolochia rotunda</i> .
Wermod y mor, <i>Absinthium marinum</i> , <i>seriphium</i> .	Yspardun y marchog, <i>Consolida regia</i> .	Ysgarllys hir, <i>Aristolochia longa</i> .
y Wewyrllys, <i>Anethum</i> .	Ysgall y moch, <i>vi</i> . Llaeth yfgall.	Ysgarllys bychan, <i>Clematis</i> .
y Wilffrai, <i>Idem quod Llyf-fau'r gwaedling</i> .	Ysgall canpen, <i>Erygium</i> , <i>eryge</i> , <i>centum capita</i> .	Ysgaw Mair, <i>ysgaw 'r</i> <i>ordaiar</i> , <i>gwaed y gwyr</i> , <i>Ebulus</i> , <i>ebulum</i> .
y Winwydden wenn, <i>vi</i> . Bloneg y ddaiar.	Ylgall y blaidd, <i>yfgall</i> gwyltton, <i>Camilon</i> .	Yigelynllys, <i>vid. Llwyn hidydd</i> .
y Winwydden ddu, <i>Vitis nigra</i> .	Ysgall duon, <i>Carduus niger</i> , <i>vernlagium</i> .	Yfnoden Fair, <i>Cyperus</i> . <i>Galingal</i> .
Winwyn, <i>Cape</i> , <i>cepa</i> .	Ylgallen wenn, Ylgall Mair, cribau Mair, <i>Spina alba</i> , <i>leucacantha</i> , <i>penum veris</i> , <i>lactaria</i> .	Yfnoden y mor, <i>vid.</i> <i>Gwmmon</i> .
Winwyn gwyltton, <i>Winwyn y maes</i> , <i>winwyn y cwn</i> , <i>Souillana</i> , <i>ornithogalum</i> .	Ysgall bendigaid, <i>Carduus benedictus</i> .	Ystor, <i>Olibanum</i> .
y Wreidd - rudd, y Wreidd-rydd, madr, <i>Rubia</i> , <i>erythrodaxum</i> .	Ysgall y meirch, <i>Endivia sylvestris</i> TW, <i>vid. Marc-chyfgall</i> .	Yfrewlys, <i>Tanacetum aquaticum</i> , <i>pternica</i> .
Y.		Yfwydd, <i>vid. Gwyros</i> .
yr Yfrddwy, <i>vi</i> . Cyfrdwy.		

F I N I S.

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS
LECTORI.



Mice Lector, Dum in describendo digerendoque Lexico Britannico,
quod jam exhibuimus, & antiquitatum Galliae Britanniæque studio-
sis non ingratum futurum confidimus, conjungendisque passim ve-
tustissimus Proverbiis, sapientie, ut opinor, tantopere olim celebra-
torum Druidum reliquiis, sumus, id quod in qualibetunque hujus appendicis fronte
prodidimus, uberioris paulo prolixiusque explicatum ac illustratum tradere, & hic
quoque exhibere, haud inconsultum judicavimus, admoniti in primis injuria tempo-
rum, in quæ nunc incidimus. Neminem ledere voluimus, nemini quidquam de-
trahere. Sortis autem vel Fortune nomine ita passim usi sumus, ut Christiani ho-
minis sententiam de Dei Opt. Max., auctoris rectorisque omnium equissimi provi-
dentia curaque salvam sartamque & illasam semper esse per nos velimus. Vale,
& qualibetunque his conatibus nostris fave.

DRUI-

DRUIDVM,

CELEBERRIMORVM OLIM INTER GALLOS

ET

BRITANNOS

SAPIENTVM,

PROVERBIVM,

GWEINI FF AWD HID FRAWD YS DIR.

ID EST,

INSERVIRE FORTVNÆ VSQVE AD FINEM

NECESSE EST;

A

MARCO ZUERIO BOXHORNIO

Aliquot Iamborum centuriis varie explicatum & illustratum;

SIVE

CHARACTER FORTVNÆ.

NIL splendor omnis Sortis est; nam
decipit

Mox descritque, ut vix fuisse dixeris:

Inane fulgur, umbraque & mendacium,
Crux faculorum, istrixque, fraus &
omnium;Laverna tantum, furque liberalis est,
Noverca tantum, blanda cum instar ma-
tris, &

Pænae instar omnis cuius indulgentia est.

Nil Larva quam, quæ falsa, quæ duplex,
novos.

Fingitque, fictos induitque, ponit &

Variatque vultus, mille formarum capax

Feraxque mille, dirus ut Chamæleon,
Monstrumque, quo majoris haud ullum
est metus.

Sors bulla turgens, transvolans favonius,
Pila ac in altum iacta, quæ mox deci-
dit,

Adversus & ferensque ventus, & maris
Fluxus, refluxus &, diuque Luna quæ
Noctuque nunc crescitque nunc & de-
ficit;

Non vanitate cuius ipsa Vanitas
Mage vana, longe vanior quam Vanitas.
Centum ora sunt centumque sunt cui
manus,

Quies fallit & rapitque datque quidlibet;

Scopulusque nunc, portusque nunc & navitis;

Pyrata raro haud in mari, raro haud latro Terrâ in orbitis; suorum & numerum

Prædone prædo quolibet rapacior;

Nocturna fur, diurna, semper inquies,

Prætoris urnæ nullius quæ obnoxia,

Cui sola lex est ipsa quam condit sibi,

Eademque semper, semper haud mutabilis,

Mutationum mille non inter vices,

Dum mille quidvis vertit ac mutat modis.

Frequens cui excubat satellitum manus;

Tantum nocere cui volenti militant

Venientque signa ad, signa quæ non deserunt,

Elementa, ventique, aërisque turbines,

Ira Doris, mobilis terræ tremor,

Edax & ignis, & ruinæ, & temporum

Vorax vetustas omnium, & mortalium

Adversa rebus quot canuntur classica.

Vertigo rerum circulusque & omnium,

Et Orbis omnis orbis indefessus est.

Regnum tyrannis cuius est fædissima,

Et subditorum servitus est fædior.

Sors multiplex, & centiceps fallacia,

Felicitatis umbra, non felicitas,

Spectrumq; inane, quoq; nullum falsius;

Fides cui non, non cui est constantia,

Nunquam fuit cui hæc, cui nunquam

hæc erit;

Non Phœbi ad ortum ipsis ab usque Gadibus,

Non usque rerum ad temporumque terminum.

Sors falsa, Fortunata cuius Insula

Est nullâ, solo clara tantum nomine.

Et discolorque tota, tota decolor;

Pictum os cerussa, fucus & fumus merus,

Fumoque quidquid aufugit velocius.

Proditq; nunc, latetq; nunc, procul fugit

Reditque nunc, fugitque nunc & denuo;
Nunc pullo amictu induta, nunc & purpura,

Violasque nunc, calthasque, nunc & carduos,

Laqueos, securesque offerens nunc & cruces.

Thronum & superbæ nunc coronæ verticem;

Nunc dira, quæque infesta bellis tempora,

Nunc & quietem, & dulce pacis otium;

Nunc, persequentis hostis ausus improbos,

Ulnasq; nunc amantis & mollem sinum;

Dextramque nunc medentis, & nunc vulnera;

Confusa nunc, distincta nunc & singula,

Mixtura ut horum Sortis est mutatio,

Adversa nunc, secunda nunc, nunc am-

bigens,

Inculta, & hærens quo pedem figat loco,

Certæ capax nec, nec tenax sententia;

Severius nil, nilque quâ indulgentius.

Huic lata messis, noxium huic lolium,

omnium huic

Lucrumque damnumque &, quod offert se omnibus,

Debetur uni Sortis Histrioia.

Vetus succedentibus novis, nova &

Vetens vetustis, semper & puerpera,

Paritque parturitque quæ tantum nova,

Felicium infeliciumque temporum,

Spei metusque, gaudii &, doloris &

Fæcunda semper, semper inconstans pa-

rens,

Similisq; semper, semper haud similis sibi.

Cui faventi, nec faventi jam cui,

Est certa fides nulla, nulla regia.

Migrare semper sueta, mutare & locum,

Mutatque se, cumque se & omnia

Mutata quæ, nondumque quæ mutata

funt,

Et fixa, & imbecilla, & alta & vilia;

Idem

Idemque nūl, ratumque & esse nūl sinit. Aurora cui vesperque, nox cui & dies, Diversa semper dictat, aut contraria; Probatque quæ, mox improbatque quæ facit.

Per quam futuræ est omnis ignorantia Rei, periculosa, crassa; major & Quā nulla nobis, nulla quā nocentior. Dives bonorum Sors, malorum dives &, Avara nunc, & larga nunc, credentium Fallax fidelem porrigens nulli manum, Nocens favendo, cuius odium est favor Amorque, habenda & odio cuilibet, Se caucus & qui haud fallit, & falli haud sinit.

Habitare Sors, mutare Sors mapalia, Et ambulare, circumgreñique perpetim, Passim & vagari, invisere & Praetoria Regumque tresses, pauperum & tuguria, Sueta, & sui est & omnium mutatio. Falsi officina, docta tantum imponere, Technisque mille ex, mille consuta ex dolis,

Tollitque porrigitque quæ res omnium; Et excitat, perditque quæ fæs omnium. Sors nata Vertumno, atque proles Protei,

Mutationis sola mater omnium, Et mille (plures mille sed sunt) casuum, Ignota cuivis, obvia & cuivis tamen. Multis timetur quæ haud, timenda cum faverit,

Amatur &, cum non amanda est, per dite,

Amorque & omnium odiumque & omnium;

Laudata quæ, laudata semper nemini est, Gratumq; grata propter haud haber sibi, Ingrata gratis mixta propter plurima. Damnata quæ, damnata semper nemini, Variatque dum, vertitque dum rerum vices,

Alij illa fida haud, fida non unquam sibi. Sors illa vili Principis struit torum,

Æquaque sæpe Principem vilissimis, Adimitq; porrigitque sceptræ cum lubet, Quotiesque, quo modoque, quandoque & lubet;

Nam cuncta parent unius lubentia, Regnumque in omnes unius licentia est. Scelusque cuius classicum ad raro haud venit,

Venitque virtus, commovet quæs omnia, Patiturq; nil maius quæ sunt omnium. Nudam levato si intuemur supparo, Harpya tantum, sepsque liberalis est, Regina rerum vana, cæca, cespitans, Terrâ marique quæ potens, cœlo exultat; Cœlo, quod & mansura, nostra semper &,

Nullisque nobis auferenda casibus, Nullisque vulneranda Sortis ictibus, Deumque totum, cum Deoque & omnia, Sperare possunt vota quæ mortalium, Votisque quæ mortalium majora sunt; Hic visa quæ, quæ audita sunt hic nemini,

Humana quæ mens nulla nunc intelligit Capitque nulla, tota sed minor stupet, Habetque, datque & servat incolentibus. Sortem esse Numen credit dementia Fecitque sola, nulla qua major datur. Gander superba se coli, & ridet celi, Suæ illa vanitatis ipsa conscia; Ventosa quæ, ventoque quæ ventosior Leviorque, quærit semper & fese & fugit,

Fuisse se & fuit quod, haud credit sibi, Futura posthac qualis ipsa nescia.

Vorago tantum, promit & quæ quidlibet,

Voratque quidvis, mille penu fraudium, Mille officina & horreum discriminum, Damnosa rerum ancepsque semper alea. Cujus furori nullius par dextera est, Et parma nulla, robur est & nullius, Audetque quæ &, & impetitque quidlibet,

Vincet domatque victa nunquam & omnia,
 Asiaeque præda dives omni & Africæ,
 Spoliisq; & Europæ omnis ac Americæ,
 Argenteisque Peruani messibus,
 Quæ cuncta dat, rapitque cuncta & omnibus,
 Vivitque rapto ex, furque quæ Laverna-
 que,
 Nunc quæ nocentem, nunc faventem
 dexteram,
 Iniqua præbet, temporum felicium
 Genitrixque & infelicium nunc tempo-
 rum,
 Hominumque & omnium, omniumque
 & temporum
 Eademque amica, hostisque nunc &
 omnium:
 Nullus quā amavit semper, odit nullus &
 Quam semper, illa semper & versutia,
 Deliriumque credulis mortalibus,
 Amica Sors, amica non mortalibus,
 Sors tota quidvis, totaque & nil quam
 nihil.
 Futura quæ sit qualis, ignotum haud sinit.
 Quæ sit, sequentis semper est index rei,
 Factamque nondum, facta quæ exemplo
 facit,
 Terretque & admonet, regitq; providos.
 Vidi improbae Sortis furore fertiles
 Latosque campos æquori subternier,
 Fierique & æquor; vidi aratro perviam
 Domitamque Tethyn, arva fruge tur-
 gida,
 Cererique gratam, Tityro & gratam-
 domum:
 Quæ jam ambulantes regna per Nep-
 tunia
 Galatea Tempe, Phyllis & comes putant;
 Suumque Naturam haud tuentem jam
 locum,
 Vidiique nuper, & videbunt posteri.
 Vidi exules Reges, & incerti laris,
 Et sparsa regna, & obsequentiū manū,

Numerosam &, & paulo ante pollentem
 manum,
 Sexus, locique, & ordinis cuiuslibet,
 Per mille tractam & perditā discrimina,
 Mendicitate sordidatam vel fame,
 Desertam ubique, deserentem & omnia,
 Cui exulanti spes resque non comes,
 Comesque nullus, conjugum præter fi-
 dem,
 Miserumque præter parvulæ prolis gre-
 gem,
 Lachrymatisque præter, funera & viven-
 tium,
 Patriæque & ossa præter & cineres suæ,
 Et efferentes se, sua &, superstites,
 Ipsisque busta jam, sepulchra jam sibi,
 Vidiique nuper, cum viderem & horru,
 Variæque diras horru Sortis vices,
 Suo illa quæ intactum furori nîl sinit,
 Nihilque inausum rerum, & illæsum
 nihil.
 Vidi furentem contra & armatas manus,
 Manusque mille Principum, sed impares,
 Opposta frustra pilaque & minantia,
 Et vim, dolumque & irritum castrensem;
 Vidiique nuper. Vidi & absque nomine
 Tribuque lectum Principem plebi virum,
 Hamumq; præter, rete cui prater nihil
 Indulserat Fortuna; vidi & exui,
 Brevique, visum & pene & haud visum
 simul,
 Nuperque vidi. Sæpe Sors monstrum
 parit.
 Vidi ipse, Sortis temporumque injuria,
 Secleri datum jus, careceris virtutibus,
 Bojasq; furcasque ac, & infames crucis,
 Miserique tædium ac & errorem exili;
 Malorum & esse quæ bonorum præmia,
 Opes, honores, fasciumque insignia,
 Et vim securis, semper infestam bonis,
 Magnum & clientium & colentium
 gregem,
 Vidiisque nuper; & videre nunc dolet.
 Vidi securi subjici Augustum capit

Regis potentis, terque sceptra maxima
 Infariantis raptis plebis in manu,
 Vidique nuper, horruique: nuper &
 Raptim superbo Lysia regno exui
 Vidi Philippos, se occidens quies sub-
 jicit
 Surgensque Phœbus, omnium pridem
 metum.
 Vidique prisca gentium dextras fide
 Pridem ligatas, jam solutis vinculis
 Ruptisque, pacis foederumque nescias,
 Nullis priorum læsa quondam sœculis,
 Lædenda nullis, læsa quæ tradunt nihil
 Infesta paci posteris quam tempora;
 Vidique nuper, & stupore percitus.
 Vidi ferentis Sortis indulgentiam
 Animosque, resque, spesque perduellium,
 Et improbos & regicidas perfidos
 Augere miris ac tuerier modis,
 Moderator ac si nullus humanæ rei,
 Scelerumque justus ultius aut Deus foret,
 Vidique nuper, & videre nunc dolet.
 Vidi ipse frangi posse ferro & subjici,
 Sorte id volente, arcisque & urbes, reg-
 naque,
 Invicta mendax fama dum esse prædicat.
 Vidi ipse amores principesque princi-
 pum,
 Faventis orta Sortis ob fastidia,
 Tuentiumque amantiumq; inter gregem,
 Lictoris infami hostias cæsas manu,
 Furca in sepultum & ante adoratum
 caput.
 Vidi benignæ blanda Sortis, Sortis &
 Ferocientis & novercæ, & horrida
 Documenta, nullis visa quondam sœculis,
 Credenda quæ vix post futuris credimus,
 Nuperque vidi. Tanta, (namque ex-
 preserit)
 Vertiginein omnem nullius facundia)
 Et sola constans Sortis inconstantia est.
 Perfossa vidi dexteris civilibus
 Pollentium ante gentium vitalia,
 Excisa regna, regna deserta, aut novis

Sedes colonis, regna solitudines
 Et vastitates regna florentissima,
 Hominumque non jam, sed ferarum
 immanium
 Spelæa tantum, regias tantum Famis
 Sitisque, rerum & omnium Indigentia,
 Vidique nuper. Sortis hæc tyrannis est.
 Vidi ipse Lethi falce, falce toxicæ,
 Contagione & pestilentis aëris,
 Demessa raptim regna, & urbes funera
 Ac busta, pridem turgidas frequentia,
 Auctaisque res lætasque vespillonibus,
 Foroque agroq; in solitudinem ac domo,
 Noctes diesque clade tantum nobiles,
 Ipsam & Charontis remigis lassam ma-
 num,
 Nimisque & arcta regna jam Plutonia,
 Vidique nuper. Morsq; Sors est omnium.
 Vidi ipse ab alti turribus prætorii,
 Fastigioque &, & supremo vertice,
 Honorum, ad imum dejici magnos gra-
 dum,
 Coluisse & a quibus coli se spernenter
 Paulo ante, turgidosque & ignaros sui,
 Sibique & inquieta tantum somnia,
 Et vaniora somniis quæ somnia,
 Præsertim in aulis Principum ac palatiis.
 Excelsa queis in somniat quivis sibi,
 Vidique nuper. Sors inane somnium est.
 Vidi innocentum liberum parvum gre-
 gem,
 Ad sceptra natum, parta majorum manu,
 Et gesta quondam mille quæ majoribus,
 Et gesta nuper, & gerenda posteris,
 Si fasque jusque, si valeret æquitas,
 Suoque jam regno suorumque exui,
 Manuque furum &, & latronum pollui,
 Infana quos instigat immodestia,
 Et possidendi quæ est libido quidlibet;
 Nuperque vidi. Iniqua Sors est opti-
 mis.
 Tot fæda Sortis inter & ludibria,
 Fallique se finentium deliria,
 Sapiens paratus & suus, sua ac agens,

Armatus adstat , pervagilque , & ordinem

Aciemque servans. Sortis hic nulla est manus.

Præsente luce fulgida prudentia
Fugiunt tenebræ , luce Sors media ex-
licet

Noctemque moliatur & caliginem.

Est lux diesq ; fax & omnium prudentia,

Fugitq ; lucem hanc Sortis imprudentia.

Non lusca, cæca tota , tota cæcitas ,

Videntium & dux cæca non videntium;

Namque is videt nil, esse qui cæcam haud
videt .

Nox tota, longa est, spissa nox, nox den-
saque ,

Ilunis & , nulloque clara sydere ,

Diluculo absq ; & absq ; quæ crepusculo.

In lucis auras quisquis hujus prodit ,

Extorris est , inanibusque & obsitus

Semper tenèbris , fordidatus & reus

Vinctusque semper , Sortis anceps alea,

Fritillus ac , & nulla cui absenti quies

Patriâ domoque , omnique cæli regia ,

Seraphimque & omni, Cherubim & con-
fortio ,

Pæna & sui & periculum periculi ,

Deceptus & , volensque & ipse decipi ,

Dulcis veneni pasciturque toxicò.

Sors læta , certa , sola quæ cælestium .

Hæc vita tristis exilI est tantum mora ,

Qua longiusque longiusque & absimus

Nostris caremus mille per quam com-
modis ,

Bonisque mille , queis mali admixtum
est nihil ,

Nihilque & inconstantia & metus nihil ,

Spei & nihil , dum possidentur omnia

Sperata quæ sunt , quæque sperari queunt

Spe qualibet , spe quæ est avara & o-
mnium .

Cælo in nihil nam defuturum est. Sunt
pare

Opelque & ejus mille plus quam sæculis ,

Omnis futuri & sæculi decursibus ,
Natisque juxta , & nascituris omnibus ,
Et multitudini ulla haud quam expre-
serit ,

Viditque nemo , nullus & visurus est.
Deceatque quid nos , quidque sit miseris
opus ,

Nescimus omnes : sæpe Sortis creditur.
In abdito faventis esse injuria.

Et vita morsque nunc placet , nunc di-
splicet ,

Non una sese ut ora Sortis offerunt:
Cum Sorte mutant vota se mortalium ,
Secunda primis vota sunt contraria ,
Votis secundis tertia & rebellia :
Nam mens vovendi nescia est mortaliū.

Dici beatus ante nemo funera
Suprema debet. Sorte fractum vidimus ,
Re speque & exutum superstitem virum ,
Virum superstite sepulchrum jam sibi ;
Vespillo Sors est plurium viventium ,

Libilitina Sors est , Morte Sors nocentior.
Inanibus vexata Sors est questibus ,

Scævamque iniquamque & vocamus ,
cum haud nocens

Sit illa. Nemo se sibi est nocentior.
Nos culpa nobis, pœna nos nobis sumus.

Sors quæ nocere sæpe nobis dicitur ,
Cum noxia est , nocētibus tantum sibi est.

Calorque frigusque , imber ac serenitas ,
Libido quæ haud vult , damnat & mor-

talium .

Subinde diris imprecationibus ,
Meruisse diras non putanda. (Numinis
Enim benigni munera hæc sunt omnia ,
Quod cuncta Sortis quam putamus di-
rigit .)

Seu blanda se illa, blanda seu non offerat ,
Pravus sibi , hostis quilibet solus sibi est ;

Secum necesse est ut nocens expostulet .
Sors omnis instar concitantis se est maris ,

Dantisque tot , forbentis & tot flumina ;

Sors cuncta dat quæ , cuncta Sors quæ
devorat ,

Avara semper, liberalis nemini.
 Pluvio Iove ex ut fæta tellus concipit,
 Fæcunda frugum mater, & sicco Iove
 Steriles arenas inter & siccas sitit;
 Sic Sorte blandiente quidvis provenit;
 Non blandiente sed negatur quidlibet.
 Sortique subsunt obsequunturque omnia.
 Quærenda sunt æterna quæ, quærenda-
 non.

Sunt ergo Sortis illa, quæ oriuntur &,
 Et occidunt: nostrum illa Sors quæ est
 omnium.

Perculta mens tonantis ut metu Iovem
 Deum esse finxit; sic & inter numina
 Sors est recepta, rerum & omnis, tempo-
 rum &

Mutatio omnis singulos dum exterruit
 Gentesque. Primos fecit & Deos metus.
 Immitis Sors quæ numen, est (numen si
 habet)

Omni prece, omnibusque inexorabile.
 Per Sortis est nil permanens versutias,
 Vorago tantum nam vorax Sors omnium
 est.

Explere cujus omnia haud possunt fa-
 mem,

Famem, ipsa qua multo est minus vorax
 famæ,

Sitimq; nec. Sors plura nam semper sitit.
 Sorti, haud fidelis qui sibi est, habet fidem;

Sors tota quanta nil nisi est mendacium;
 Eritque semper inclytum mendacium:

Et Sorte mens superba mentitur sibi;
 Mendacium ut tantum omnis est superbia.

Sors sepe viatrix est; sed innocentiae
 Constantiaeque vincitur victoria.

Melissa rore ex mel suum mane ut legit

Ex flore amaro, rore si sit uvidus;
 Excelsa sic mens ex malorum sentibus

Spinisque profutura seponit sibi,
 Faveatque Sors adversa ut, actum jui-

bet;

Iubensque Sortem & obsequentem mox
 habet.

Febriens secunda & lata Sors est o-
 mnium,

Sed qua laborat illa, semper haud febris
 manet,

Quartana nunc, nunc Tertiana & in-
 gruit,

Decumana nunc, Nonana nunc & im-
 petit.

Homini videtur esse nil æquabile,

Hominique nîl æquabile esse Sors finit;

Clavoque clavus, cura curis pellitur,

Medicâque sepe fit novus morbus manu.

Obducta nubes Solis ut splendoribus

Non officit, nec Solis extinguit ju-
 bar;

Sic Sors novercans officit quidem bono,

Bonum manere sed tamen virum finit.

Rota ut terendo se terit versatilis

Molæ, & terendo cuncta se Sors deterit,

Ceditque tandem iniqua, cassa virium.

Sortem esse tabem nil nisi, apte dixeris;

Adversa semper & secunda deficit;

Palam illa &, hæc & deficit, cum incipit,

Timenda & ergo haud tabida est iniqui-

tas,

Facienda magni aut tabida indulgentia:

Iniqua nam brevi est, & indulget brevi:

Nullum putandum est aut malum, aut

breve.

Nil scena quæ, nil Larva quam mortalium

Insana res est, quam instruunt deliria

Vertentis in se Sortis omnia. Hæc Ge-

tam,

Herum facit, mutatque & hæc herum in

Getam;

Irum esse & Irum, Cræsum & haud

Cræsum finit.

Vis scire Sortis quanta sit potentia,

Longeque quam lateque se exporrigit?

Fugatque Sortem nullus, & nullus fugit.

Amor cui addit & nihil mortalium,

Mortaliumque & odium demit nihil.

Libido nullâ est lege cui coarcita,

Lex cuius omnis vertitur libidine,

Sceptrum omne cuius subditur libidini ,
Mortalium est lex sola qua libidinis ,
Et norma sola , norma ut est & omnium:
Sufflaminare velle cuius impetum ,
Minusque & impar quidquid est , ostendere est.

Faberque nullus duxque nullus Sortis est ,
Sortisque non & ullius . Sors est sibi
Omne illud , illa cæca Sors qua credi-
tur.

Vix ille qui sapit ducem haud cæcum
legit.

Sit ira trux , sit & tyranni præferox
Jussis cruentis , Sortis ira major est ,
Major tyrannis , cum novocari incipit ;
Lucemque claudit providentis cæca qua ,
Solâque cæcitatem tantum illustris est.
Sors est homulli , vano homullo ex-
gnier

Nihilique qui est , nihilque & ipse quam
nihil.

Sors omnis exsors omnis est constantia ,
Levitatis omnis omnis & constantia est.
Favilla tantum & , & cinis fuliginis
Sumus . Cadaver obvium id quemvis do-
cet.

Mansura Sortis nulla ; Sors m̄ displicet .
Negotiorum est involuta fluctibus
Foris , periclis mille & obsessa est domi ,
Hæc qua putatur vita ; mille falsus est
Erroribusque , mille Sortis & vices ,
Mille hæsitationum & inter , milleque
Casusque rerum , & omnium vertiginem ,
Quā nulla vertit se indies velocius ,
Mansura pollicetur hic quisquis sibi .
Mansura tantum nos manent , cum vixi-
mus ,

Manetque vita , morte qua non desinit .
Acidisque litigare ronchis , tundere
Et Sortis aures sœvientis , haud mihi
Aliud videtur , ira quam irati sibi ;
Sortisque vim incitantis adversaria .
Sors est Megæra ad instar , est furialibus
Accincta qua serpentium tot vultibus ,

Diversa quo Sors , quo levis , vultus ha-
bet .

Spes , qua futuris alligat se temporum
Incerta qua sunt Sortis inconstantia ,
Non illa spes est , verus est tantum me-
tus.

Non indigenti semper indigentia
Sors est avaro . Avarus & caret suis .
Mutata Sortis sceptra ne quis jam putet .
Majora sceptris efferunt fæc omnis :
Nil subrutum non , perditumque non si-
nunt ,

Hominumque quidquid omnium & re-
rum omnium est ,
Scrutanda non sunt qua Tonantis inti-
mi

Sunt consili . Non vult doceri , sed do-
cet .

Nihili qui homo est & saepe fit plurimi ,
Faciendus & qui plurimi contemnitur .
Nil Sorte cæca se esse prodit cæcius ;
Nil Sorte vanâ se esse prodit vanius ,
Tollitque honorum nunc caput , nunc &
premit .

Cæcisque vanusque est , qui habet Sorti
fidem .

Non obloqui , parere Sorti convenit ;
Silentium pars major est sapientia .
Tempusque Sorsque se sua in vestigia
Volvuntque semper , semper & secum
omnia .

Ruit orbe cum ruente inexorabilis
Sufflaminanda haud temporis velocitas ;
Redeuntque nobis ac euntque & omnia .
Insana tantum a Sorte plebes pendula ,
Et tota Sortis , Sortis & perpes pila ,
Risusque & , & jocus , levisque incerta-
que ,

Mutante vultum Sorte mutat & suum .
Senem ipse vidi , viribus sed nobilem
Senem juventa , perspicacis ingenI ,
Legere una cura , scribere & cui omnia ,
Cui Sors secunda indulseratque quidli-
bet ,

Cujus-

Cujusque amicum humanitas quem fecerat,

Illum aestimatum & , aestimandum & omnibus ,

Rei vetusta gnatorem Scrivereum ,

Antiquitatis promicundum nobilem ,

Utroque cassum desidentem lumine ,

Vidique nuper : & videre nunc dolet.

Est velle & idem , nolle & idem , perpetuum

Sortis faventis velle commodis frui.

Permista nam sunt plurimis incommodes.

Externa bella cum silent , gliscunt domi , Quibus petuntur gentium vitalia ;

Et ista perpes Sortis est injuria.

Hic flere , & usque , & usque & usque plangere ,

Tacitisque sele pascere & singultibus , Hostes bonorum plurimos inter , bonos

Paucosque , Sors est optimis mortaliū . Luctusque contubernium , innocentia &

Vidi ipse nuper . Læta Sors ridet malis . Et unde abimus , quoq; abimus , noscimus ,

At quo modo , quo tempore , haud cognoscimus .

Miserorum & ista haud certa Sors mortalium est.

Deum fateri est vita sola ; huic obsequi & Servire , regnum est . Gloriosa servitus ,

Qua dulcius nihil , nihilque lætius , Leviusque vana cuncta iudicantibus ,

Sortisque contemnentibus fastidia . Via & via , vitæque vita Christus est , Amorque amoris , luxque lucis omnibus ,

Decor decoris , absque quo nūl omnium Factum est , nihilque facta quæ sunt omnia .

Deus haud quod est , id esse censendum est nihil ; Magisque & est , minusque multo quam nihil :

Et tale Sortis omnis est choragium . Deo datur quod , non datur ; Deus dedit ,

A dante quidquid accipit , totum dedit . Tamenque gratum Numen est reddentibus .

Dei est faventis larga liberalitas , Solus sibi & , solus tibi & , solus mihi & , Ille unus , omnibusque & unus sufficit , Gratæque tantum mentis hostiam exigit : Petulansque Sors , & arrogans , & arrogans .

Quidvis sibi , arrogare cum tamen sibi Nūl illa possit , præstat ac confert nihil . Dubiaeque Sortis , hæsitantis oraque Sæpe ipse vidi , Sortis ac obnoxium Vicibusque rerum mille , mille casibus , Rerumque certum nec satis , nec & sui , Inopemq; & omnis indigentem consili ; Sic cespitat plerumque Sors & hæstat . Est fædus nil , nilque & est deformius , Sunt ora quam formosa , quæ mentem tegunt ,

Vitiisque pastam & atque turgentem omnibus ,

Scelerumque & hospitam , officinam & omnium .

Et subditorum negligentes Principes , Et negligentes Principumque subditos , Mutabilis dum nesciunt Sortis vices , Mansura semper & putant præsentia , Spolia esse Sorti semper , haud vidi semel , Vidique nuper . Sortis hæc potentia est . Custosque & ille , Amorque & ille qui omnium ,

Et Tutor & Curator ille qui omnium , Præfensque semper , semper ille pervigil , Cum commodis & excubet mortalium Faveatque rebus , semper est ut excubans Vigilatq; semper , nulla Sortis regna sunt . Virtutibus quæ se offerunt sublimia , Bonæque frugis plena dote pectora , Sunt grata Sorti haud Sortis est contemner .

Quodcumque Sors non præbuit mortalibus .

Iniqua Sors dat quidlibet , dat & nihil ,

Rapitque dum ; donatque large & omnina ,
Et copia omnium , omnium indigentia est.

Tumulo sepulti corporis qui omnes sumus ,
Tumulisque queis & corpus est & vinculum ,

Boiæque tantum , præter est mortem nihil ;
Mortisque nîl est , Sortis & sunt omnia :
Quæcunque Solis ambiuntur ambitu ,
Sunt tota Sortis . Versat & Sors omnia ,
Manere eodem quæ nihil finit loco ,
Fixum nihilque , nilque quod durabile ,
Adesse non quod , esse non quod dixeris .
Hominisque non est posse , quod factum

cupit ,

Hominisque non est velle , quod fieri
haud potest ;

Vidi volentes , vota sed tantum sibi
Stulte negantes , & negantes plurimos ,
Nuperque vidi . Adversus is qui Sortis est
Vicibusque casibusque , Sortis victima
est .

Sortis domare est cuncta . Sortis casibus .
Objæcta moles nulla mortales tegit ,
Nullosque servat . Lusus & tantum jocus ,
Fumusque Sortis omnis est potentia ,
Libidine & , dextrâque & indomabilis .
Lustrare pompam & si triumfalem lubet
Sortis , subegit , subjicitque quæ omnia ,
Spolia omnia & prædasque , læta & ferula

Nullus triumphus inclytus quibus fuit ,
Dæmitorque nullus hostium pollentium ,
Orbis ligatas subditi vide manus ,
Post terga tracti & , Principumque &

gentium ,

Et eminentis , vilis ac dextras viri ,
Boiisque ferreisque clausas vinculis .
Victoria omnis Sortis & triumphus est ,
Nulli domandæ & , & domantis quemlibet .

Conceptio est polluta , & ortus omnium

Plenus laboris , est & occasus metus
Horrorque , vanâ vanitate vanior ;
Laboriosa & territans mortalium .
Res omnis est . Hac lege Sortis nascimur .
Vita omnis ista poena tantum est & dolor ,
Horretque tantum , contremiscit totus & ,
Quisquis futuri haud immemor , nunc

Tartari

Tetros hiatus cogitat , nunc ignium .
Æterna quæ tormenta , & ora judicis ,
Impura cui , polluta cuique peccatora
Placere possunt nulla , prudens cogitat ;
Præberque se se haud Sortis indulgentia ,
Quæ surgit instar fulminisque & occidit .
Æternitatem cogitanti haud Sors placet ,
Felicium aut , felicium aut non tempo-

rum .

Scelerumq ; vivax omnium est memoria ,
Tortorque perpes est scelesto & pervigil ;
Noctu diuque quam fatigantem nihil
Fatigat unquam , quamque & excludit
nihil :

Sors ista semper omnium nocentium est .
Est vita pœna , mortisque tantum vivere
est :

Nil esse , nil fuisse , Sors est omnium .
Torrens calamitatis est vita hæc , mate
Semper procellis inquies , vestigia
Sortis faventis fixa quod nunquam finit .
Efferre se se Sortis indulgentia ,
Opibusque turgens peccatus ac honoribus
Fæde ac superbum , nil arundine est nisi
in .

Equitare longa , gens puertæ ut solet
Equitare . Sortis dona sunt arundines ,
Paleæque stramenque , & quod his in-
firmius .

Reique fulcrum & destinam semper suæ
Putare pronam Principum faventiam ,
In aula amici præpotentis & fidem ,
Nescire Sortis est viciſſitudines ,
Tremulisque stulte figere in grallis gra-

dum ,

Facilisq ; queis ex lapsus ac descensus est .
Vidi-

Vidique & umbrâ cum , & sacrorum
imagine

Larvata Sors , ut obtegens semper sui est,
Sua & fateri quam ora perfidam pudet ,
Sacrî profana quæ anteferret omnia.
Et templa temnit , temnit ac altaria ,
Colitque Numen , esse quod Numen
negat ,

Speciem putatque & esse cultum Numi-
nis :

Vidique nuper. Sancta Sorti nulla sunt ;
Struitque templa , templa Sors & de-
struit .

Vidi ipse vela plurimos expandere
Ventis secundis ; ira sed cum surgeret
Maris furentis , ingruens & fluctuum
Insana moles , Æolique ex rupibus
Una Eurus & , Notusque & , una & A-
fricus

Creber procellis, undique impelli ratem,
Palinuri & ipsas impares clavo manus:

Vidique nuper. Læva Sors mortalium
est.

Salebrasque per , per saxa' quæ fragosa
sunt ,

Angustiasque, rupicesque, & ardua

Vidi laborum posse vix emergere

Animo eminentem maximo ac fortē
virum ,

Vidique nuper. Pejor est Sors optimis.

Vitiis superbos, mancipes libidinis ,
Scenæque tantum servientes sœculi ,
Nullis redemptos bubequas virtutibus ,
Curulibus vidi in sedentes sedibus ,

Vidique nuper. His favere Sortis est.

Excelſa vidi corruſſe maximo

Subitoque casu , cæca per discrimina ,
Nullique quæ provisa providentia ,

Nulli & cavenda , & omnibus minantia ,
Vidique nuper. Instar est Sors fulminis.

Fuisse nil nos, esse nos etiam nihil ,
Nil nos habere, possidere nos nihil ,

Nihilo & futurum debile hoc corpus
minus ,

Pridemque vidi , & ossa cum,cum aman-
tium

Cineresque tristi conderem mæstus loco;
Sunt quæ, fuere quæ, futura quæ omnia,
Nil esse vanum præter, insanum & nihil,
Nuperque vidi. Est Sors nihil præter ni-
hil.

Frangi metuque plurimos, spe & erigi ,
Spemque inter hæsitare & , inter & me-
tum ,

Vidique nec spe sospites , nec & metu ,
Vidique nuper. Sortis est spes & metus.
Speranda multa offerre se mortalibus ,
Timenda multa , sed timenda pluria ,
Plerumque vidi (Principatus nam metus
In rebus omnium omnibus mortalium
est)

Vidique nuper. Magna nam Sors mater
est

Mille & malorum, milleque & discrimi-
num .

Vidique partis inclytos victoriis ,
Multâque pompâ jam triumphi nobiles ,
Domitoque quovis hoste , tandem hostes
sibi ,

Et omnibus nocentiores hostibus ,
Mox perditosque & ambitu & superbia ;
Vidique nuper. Sortis hæc insanâ est.

Vidi ipse ementes omnia , & vidi omnia
Cum vendidissent, possidentes jam nihil ,
Agrisque & olim divites , casæ indigos ,
Suisque egenos exulantes sedibus ,
Nihilque queis quam perdi memoria ,
Diurna quæ, nocturna quæ semper redux ;
Vidique nuper. Sortis hic forum Orbis
est ,

Emitque Sors , venditque Sors & omnia.
Vidi & superbum se efferentium gregem ,
Stolideque & ante se ferentes omnibus ,
Vilesque spernendosque scurras optimis ,
Vitiisque dum est laus , dumque virtus
spernitur ,

Algetque. Nam est adversa Sors virtu-
tibus.

Catoniana præditus sapientia,
Morumque custos & magister omnium,
Sortisque quæ sunt vilipendens omnia,
Et Sorte quavis qui ingruente major est,
Raro videtur. Nota Sors paucissimis.
Clypeoque qui, parmaque qui virtutis est
Munitus, & constantiae septemplice,
Minasque & iras Sortis omnes despicit,
Ridetque. Vidi turbine infelicum
Tractum virum raptumque fædo tem-
porum;

Vidique lætum & erigentem mox caput,
Cunctisque Sortis enatantem fluctibus,
Majorem & irati maris vesania
Vado. in quietum & portuum malacia;
Vidique nuper. Sorte virtus major est.
Vidi diurnâ sæpe nîl factum manu,
Nocturnâ &c, esset fessa cum laboribus,
Raræ & fuisse præmium haud indu-
stria,

Emptumque magnis & nihil conatibus,
Nihilque partum &c, & minus quam i-
psum nihil;

Viamque lasso sæpe detritam pede,
Juvenique frustra, frustra & imbelli seni,
Nuperque vidi. Haud æqua Sors labo-
ribus.

Decumana vidi fluctuum pericula,
Et turgidum æquor, & furentis Æoli
Iras minasque, moxque pacatum mare,
Ventorum & altum, fluctuum & silen-
tium,

Vidique nuper. Sortis anceps æquor est.
Atrata virtus, sordidata &c, & rea,
Despecta prodit plurimis mortalium;
Nullaque qua stipata quam calumniæ
Cohorte nigrâ & lividae invidentiæ;
Nuperque vidi. Iniqua Sors virtutibus.
Vidi ipse & annos messe quavis nobiles,
Opibusque, fruge & horreorum divites:
Sterilesque yidi, nobiles tantum fame,
Redeuntis ære & rustici levem manum,
Nuperque vidi. Avara Sors est largaque:
Prodeesse nunc, nocere nunc & afflolet.

Mortalium ille est omnium stultissimus,
Rudisque vanæ & imperitus Sortis est,
Vicissitudinumque rerum & omnium,
Mutationumque & futuræ quæ omnium,
Mansura quicquid pollicetur hic sibi;
Vidique falsos. Sortis omnes fallere est.
Frigetque nunc ut, nunc caletque, sicca
nunc,

Pluviisque se dant ut Jovis nunc tempora,
Ridetque nunc, nunc fletque qui Au-
tumno est dies;

Non una sic se Sortis ora proferunt:
Lachrymisque nunc sparsa ora, nunc ri-
dencia,
Sæpe ipse vidi. Haud unius Sors oris est,
Et tota nil quam Autumnus haud æqua-
lis est.

Fortuna quod dedit tibi, haud dedit tibi,
Repetitque & aufert mox iniqua quod
dedit:

Fortuna mater & doli & fallaciæ est;
Dolusque tota, totaque & fallacia,
Vidique falsam & esse, falsos plurimos.
Vidique nuper. Falsa Sortis omnia.
Subinde flore nîl vides florentius,
Subinde marcer; veste & arbor-frondium
Nunc est superba, exuta nunc est omni-
bus;

Velata sic Sors purpurâ mortalium
Nunc, nuda nunc, investis est ac algida.
Per mille rerum, & plura per discrimina,
Ipsosque & ignes, perque commotum
mare,

Jactata sæpe plurimum innocentia est,
Major columbæ nulla quâ, vel turturis,
Quâ sanctius nihil, nihilque castius,
Majorque nulla quâ datur mortalibus:
Vidique & ipse. Non nocenti Sors no-
cet,

Levisque nulla Sortis innocentia est.
Pulvisque, & umbra, & horror ac ima-
gines

Erroris hic sumus, ducesque errantium
Et asceclæ, trochusque Sortis ac jocus,

Et

Et sola Sortis improbae occupatio ,
Merx sola nunc clementis & , vendentis &
Sortisque tota. Principatus Sortis est ,
Regnumque quod se exporrigit per o-
mnia.

Lux & tenebræ, noxque sunt, sunt & dies,
Quæcunque nobis Sortis ora se offerunt.
Hominumque Sorti quælibet quæ obno-
xia ,

Vidi esse , non & esse eodem tempore ,
Nuperque vidi. Sors neverca temporis
est.

Vidi superbi remque spemque perditam ,
Lassamque tandem Sortis indulgentiam ,
Vidique nuper. Sorsque versipellis est ,
Et tota Sors quæ, Sortis est & vanitas ,
Leviusque nîl quam Sortis est constantia ,
Constantiusque sola quam inconstantia .
Caute est agendum quidlibet quibuslibet ,
Minimisque juxta & maximis mortali-
lum ,

Minimisque rebus maximisque in omni-
bus ,

Et cum jocamur, cumque seria occupant ,
Penuria in rerumque & affluentia ,
Sermone in inque opinione, in & fugâ
Fixâque sede, ipsa in quiete &, ipso & in
Labore , prosperisque in , inque impro-
speris ,

Sacris profanisque omnibus negotiis ,
Aliena si vel, tu vel & cures tua ,
Et in frequentia, inque solitudine ,
Et hostium inter ac amicorum gregem :
Nam Sortis ira est quæ , est & implaca-
bilis ,

Noctu diuq;, ubiq; &, omni & imminet ,
Quo blandioris oris , hoc nocentior.

Vidi perisse negligentes perdite ,
Pluresque vidi. Adversa Sorti haud quæ
excubat

Securitatis hostis est securitas .
Sunt cuncta Sortis, Sortis & futura sunt :
Superba regum sceptrâ qui major gerit ,
Mutanda Sorte debili tenet manu.

Olli secunda Sors manere non potest ,
Adversa qui haud expertus ulla Sortis
est.

Nil Sortis omnes inter est injurias
Amantium jucundius concordia ;
Non aura grata balsami cum spargitur ,
Gratusque cum ros gemmulis argenteis
Heliconis aut Pindique pingit grama ,
Aut verna dulci inebriat cum pascua
Madore , spargit montis intonsi aut juga .
Adversa quæ sunt Sortis explorant vi-
rum ,

Virique magni robur & constantiam .

Clivi impediti initur per aspera

Ad invidendam vera virtus gloriam .

Iratus esse Sortis haud iræ velis ;

Irasceris cum, fortius semper nocet .

Armata mens cui est omnibus virtutibus ,

Virtutibusque quæ probantur omnibus ,

Vitio ille se disperdit uno , ac interit ;

Non rara Sors hæc maximis mortalium
est.

Sit parmâ , & hastâ sitque acutæ cuspidis ,
Galeâque quis tectus caput , septempli-
cem

Clypeumque magni gestet Aiacis manu ,
Perit faventis Sortis indulgentia ,
Minorque & impar semper indulgentiæ .

Fuci colore nullius velare se ,

Proferre nunquam falsa , non morarier
Promissa cuiquam , odisse & invisos pa-
lam ,

Et mente virus pestilens non condere ,
Speciemque lærâ haud fraudibus præ-
mittere ,

Certum ac paremque pectori componere
Vultum, nocere in abdito ac cuiquam
Nefas putare , ut plurimum Sorti haud
placet :

Adversa Sors hinc optimis mortalium
est ,

Solisque queis est debitus Sortis favor .

Boreas rigore sœvit , igne Sirius ;

At sola Sors est quolibet cuivis nocens ;

Honore veris æviterna vita quæ,
Excepta sola Sortis his est casibus.
Sors est eosdem perdit & quæ, & erigit.
Ægris medenti ingrata quando absyn-
thia

Offerre cura est, poculi oras oraue
Circum imbuít liquore semper melleo;
Licitisque sæpe parvulos fallit dolis:
Sic dura Sors, immritis, adversaria,
Ridentis ore ingrata quæ sunt porrigit,
Sanatque pectus ejus & cui portigit.
Nil Sortis imputes, sapis qui, injuria:z:
Sapientia illa m̄ videtur omnium.
Habenda princeps, Sortis ignorantia.
Nil Sorte quidlibet movente immobile
est;

Immota Sors hæc omnium mortalium
est.

Fulgore lampas qualis & Phœbeja
Exorta mane, luce donat omnia,
Orto & tenebris cuncta damnat Hespero,
Sors talis est, & talis est Sors omnium,
Oriturque quæ, occiditque quæ nunc per
vices,

Nunc & nocetque plurimum, nunc &
favet.

Quodcumque Sors cupit, ratum esse illud
jubet.

Statio carinis nulla fida Sortis est;
Fiditque qui, futurus est & naufragus.
Quid sera Sors vectura, vesper serus &
Vecturus, ignotum esse constat omnibus.
Facto facit quod omne Sors pronunciat.
Insana plebes imputandum quod sibi,
Sorti imputare est sueta, quidquid est
mali;

Tribuitque quidquid est boni tantum sibi.
Sorte est beatus quisquis, & fit efferus,
Et alta tantum sidera impedit Gigas.

Levior ferendo Sortis est calamitas.
Monumenta sunt quæ illustris omnis in-
geni,

Quamquam superbi venditent se se in-
geni

Exempla, queis & ira non magni Jovis,
Nocere & ipsum haud posse fulmen cre-
ditur,

Edax vetustas non & ipsa temporum,
Periisse nunc, nunc & perire vidimus:
Peritque Sorte temporum, ac intercidit,
Pereuntis omne quidquid est scriptum
manu;

AccIque & EnnI, nobilis Pacuvii &
Jam plura frustra quærimus, quam volvi-
mus.

Nasonis & quæ, & quæ Maronis omnia,
Dicitante quamvis scripta quondam A-
polline,

Æternitate digna cedroque omnia,
Mansere nobis Sortis haud injuria;
Ut nec manebunt tot virorum illustrium,
Coluntque nostra quos stupentque tem-
pora,

Monumenta semper. Sors negabit poste-
ris;

Noverca Sors & ingenI est laboribus.
Et ista, plura &, scripta BoxhornI manu,
Sed imperita quæ artis ac rudis manus,
Viatura semper nescia est quæ condere,
Casso labore quæ fatigat se manus,
Spoliumpq; Sortis, victima & futura sunt.
Secundâ abuti Sorte nîl quam pellere est.
Humana Sorti se parem haud offert ma-
nus;

Nimis faventem haud est, nocentem aut
quæ domat;

Inicta Sortis omnis est potentia.
Placido carinam ut naura dicens æ-
quore,

Futura cum non providet, fit fluctuum
Ventique præda; Sortis inter prospera
Risusque sic se, nescius contrariæ,
Contrariæ nec obvius prudentiâ,
Miser, favente Sorte quamlibet, perit.
Sors certa nota nemini est viventium;
Incerta Sors ut omnium est natantium.
Sortem colit qui, qui æstimatque, altaria
Focosque mitis sæpe non colit Deæ.

Tuum

Tuum quod est Sors omne vendicat sibi;
Sors prædo tantum aufertque & omnia &
rapit.

Imago nil quam Sors favens faventis est.
Parata multa Sortis ut bellaria,
Parata semper tela sic sunt cuilibet.
Nil Sorte iniquâ mī videtur æquius;
Iniqua cum videtur, æqua Sors bono est;
Meliore iniqua donat omnes peccatoꝝ,
Incerta dum offert sola quæ sunt casuum.
Mei sub urbe prædium Scriverrī,
Nuper videbam, flore lœtas arbores,
Rore & madentes, lœta campi gramina,
Lœtasque fruges, & bōum ac ovium gre-
gem,

Curata large hirsuta queis erat cutis;
Simul videbam multa mox examina
Muscaæ nocentis, hostis est quæ floribus:
Adversa semper prosperis permixta sunt:
Sors promicunda semper & bōni & ma-

li est,
Vertumni & instar, instar & vertiginis
Vertitque se mutatque fese in omnia.
Gravi malorum oppressus est qui sarcina,
Gravique Sortis, sæpe Sors huic favet,
Nocere dum videtur illi plurimum.
Fraude absque non doloque non, morta-
lium.

Sors omnis est. Nam Sortis est versutia.
Terrorē cum omnis plena Sors sit
omnium,

Sapitque qui, qui providetque, cur vices
Amat faveñtis Sortis? Haud ulli manet.
Procul pericla Sortis esse cum autumas,
Propinquia sunt &, sæpe sunt & omnia.
Florentium annis triste funus ErpenI,
VI InNIque vidi nuper: & florentium
Vi illustris ingenI; sed omnis ista Sors
Est & juventæ, critque semper &, mori
Instar senum, queis multa jam risit dies,
Et multa fluxit. Parcit illa nemini.
Arausiorum triste funus Principis,
In vere rapti ætatis & flore in suæ,
Vidique nuper. Principatus Sortis est

Immensus, ulli haud major ut siet datus.
Opum potentes unico exutos die
Nudosque vidi. Sortis est potentia,
Sors omnia &, Sortisque sunt & omnia.
Iniquitate Sortis haud iniquius
Se quidpiam offert. Tota Sors iniquitas,
Insana dum favet malis, nocet bonis.
Bono est maloꝝ; adversa Sors faveñtibus,
Malis favere noxiæ plenum est; bonis,
Furiæ malorum semper irasque excitat.
Alium beatum Sorte præ quivis suā
Laudatque prædicatque: nemini satis
Sua & facit. Placere nulli Sortis est.
Labore quod non, possumus scientia;
Sed Sors labori sæpe non, scientiæ aut
Favere sueta, & irritus sit ut labos,
Sit yana & omnis, efficit, scientia.
Geriturque n̄l & sæpe nisu maximo,
Multumque nullo sæpe. Totum hoc
Sortis est.

Contra repugnant vota se mortalium,
Adversa dum Sors indies obstat sibi.
Industrius labore quod vir plurimo
Sibi & parat suisque, Sortis invidæ
Tandem videmus disperire injuria.
Sunt corporis multum est quibus, mentis
nihil, (poris;
Sunt mentis est multum quibus, non cor-
Sun̄ ora queis decora, mens deformis est,
Sunt ora queis decora non sunt, mentis at
Excelsa virtus. Pauperes sunt ingenI
Opibus superbi; vi potentes ingenI
Opum indigentes. Alea ista Sortis est.
Plerique Sortis dissecan jugulum suæ,
Sibi & faveñtis, dum est avara insania,
Majusque plusque & expetissit indies.
Amor ille Phœbī opesque qui Scriverrī,
Opibusque pollens plurimis Scriverrī,
Meus ille qui, quique & bonorum est
omnium,

Laus eruditæ gentis & magnum decus,
Promusque condusque omnium qui tem-
porum,
Vi perspicacis ingenI passim inclytus,
M 2 Cujus

Cujus legentis, dexteræ scribentis &
Industriæ nūl clausum & intactum est ni-
hil,

Iniquitate Sortis usu lumen

Captus, senecta plurimi ut parens mali,
Legitq; non, scribitq; non. Hoc Sortis est.
Vidi meorum sanguine ex prognascer
Mutosque surdosque, at quibus mens in-
tegra :

Sors scæva, & ipsis noxia est nascentibus.
Vegetum senecta, nobilem ac annis fe-
neim,

Agnovi avum improvisa mors quem su-
stulit;

Novi gemellum &, & parem natu mihi
Fratrem, modestius nihil modestia
Quo fixerat, sincerius quo nūl fides,
Ipso in juventæ flore raptum conjugi
Et parvulis, mihique; Sors iniqua non
Dicenda non est. Præda Sorti est quili-
bet.

Nūl rebus in mortalium fiduciae
Repone. Falsæ nulla sit Sorti fides:
Decepit illa, decipitque perpetim.
Vidique amores, vidi & iras maximas
Amantium. Ira est sæpe Sors amantium.
Informis est Sors; semper haud similis sibi,
Sibive constans; vertit illa se indies,
Novosque mille versa vultus induit;
Nec fida Sors est ulla; sunt omnis vices.
Favente Sorte nūl datur faventius;
Nocente Sorte nūl datur nocentius.
Dolosa Sors est, magna mentiens bona,
Cum sit malorum Lerna mater omnium.
Suā ille Sorte quisquis haud contentus
est,

Inops potentis æmulator interit,
Ut stulta multos perdit arrogantia.
Benignitate est Sortis aucta res quibus,
Videntur esse sæpe, quod non sunt; piger
Asinus Leonis pelle qualis nobili
Indutus, est quod esse nunquam definit.
Aprica dum anguis Sole camporum in-
scribat

Quietus &, serpensq; nec, nec se movens,
Eum putavit desisse vivere

Corvus vorator: ingruit sed dum, sopor
Defecit angui: qui furens spira gravi
Pedesque corvi & implicavit efferi,
Et vulneravit; corvus & vita sua
Fini propinquus; Quem miser, gemit,
miser

Cibum putabam, causa mī fuit necis.
Perit periela nulla qui Sortis putat,
Peritque qui quæcunque Sortis appetit.
Malo a viro cavere Sors mali viri est;
Boni cavere tantum ab haud bono sibi est.
Sors sola princeps, sola princeps Princi-
pum,

Sunt sceptra, regna & cujus in quævis
manu,
Excelsa se cui & jubentur omnia:
Nutum ad jubentis unicum substernere.
Sibi haud favet qui, Sortis exspectet sibi
Nihil faventis. Haud favens ignavia est.
Labore rarò haud inquiete quærere,
Sibi & parare cura quod mortalium
Vexata multum cœpit, unico & die
Horâque & unâ, sæpe Sors disperdidit.
Fritinnientis audiit cantum puer
Sonum & cicadæ, avemque & esse maxi-
mam.

Puer putavit. Blandientis sic bona
Sortis videntur, vera nec dant se tibi.
Sors omnis errat & vagatur, omnibus
Incerta & anceps. Sola quæ constantia
Est mentis, illa omnisque virtutis tenax
Omnisque cultrix, deserit nunquam vi-
rum,

Contempta rerum cura cui est inanum.
Est vita tristis pluribus mortalium,
Et certa Sors. Est vivere hoc, tantu mori.
Infida cum Sors, mille cum fallacis
Armata failat providentiani omnium,
Ponenda cura Sortis, ac inanum est,
Quæ datque & hæc, tollitq; pro libidine.
Tranquilla durum haud navigare est æ-
qua;

Sed mota ventis , asperi laboris est :
Sortem at ferentem ferre cum lege ac modo ,

Ferre & nocentem , id est laboris maximus .
Quid Sors potissit , plurimorum & ad- monet

Probatque fracta eversaque & potentia .
Sortis faventis sistere ausus qui fugam est ,

Leporem ille tardo persecurus est pede .
Tumulus juventæ cuiilibet senium est suæ ,
Extrema mors est & senectæ linea ,
Sæpe & juventæ . Est ista Sors viven- tium .

Sors compta quamvis Solis ipso pectine
Est larva tantum & umbra , falsa quæ ni- tet ,

Dolosa , quavis falsior fallacia :

Radiata , & ipsa luce Solis fulgida ,
Et pulchra , pulchritudine ipsâ pulchior ,
Ipsâ Diones lota quamvis dextera ,
Mille & corollis pulchra , mille liliis .

Sortem faventem , sæpe damna poscere est ;

Moderata semper vota sint mortalium .

Sors quæ secunda , nemini manet diu ;
Et incitato protinus fugit gradu .

Ex Sorte virtus sæpe nascitur malâ .

Amica Sors sit ; Sortis haud amicus est
Qui odisse plures hanc , quam amare gnarus est .

Illectus is qui Sortis est versutiis

Captusque , nullo figit in loco pedem ;
Sed cespitatque erratque stulte perpetim .

Ærate canus plurimâ nuper senex ,
Rogo esse se cum proximum jam cer- neret ,

Occœpit altis pectori ex suspiriis
Sortisque fatique omnis inclem tam .

Miro improbare & execrari modo .

Senecta sana haud , gnara quæ non Sor- tis est .

Iuvenisque flore nuper in vitæ vigens

Vegetusq; nunc , athletico nunc corpore ,

Fato valentem dexteram submittere est
Coactus . Illud & juventæ Sortis est .

Sors tota boia , tota Sors est vinculum ,
Et tota nîl quam compedes timentium
Sperantiumque . Tota nîl quam cancer est ,
Hominumque triste plurimis ergastulum .

Se ipsum tueri nemini datum fuit ,
Dabiturque nulli . Sortis hæc injuria est .
Alios tueri vult , tueri non potest .

Qui se ipse . Inane Sortis hoc dilirium est .
Nuper legebam ; pænitet legisse nec :

„ Cum damna felis multa muribus daret ,
„ Illi Senatum convocare , ut sciscerent „ Astutiam vitare quo possent modo .

„ Multique multa , legis adversum ordi- nem ,

„ Absurda cum , quæ sana non , inepta- que , in-

„ Medium attulissent ; ultimis suffragiis

„ Quidam senectâ canus & venerabilis ,

„ Prudentiam mussantibus dans alteris :

„ Nolam paratam , dixit ; illam belluæ

„ Collo alligarent , unde felem & au- diant ,

„ Sonituque solo proditam fugiant pro- cul ;

„ Placuitque cunctis consilI ratio boni :

„ Et jam tumebat auctor , ut sapientia

„ Qui opinionem cæteris probaverat ;

„ Tum de minorum gentium subsellis

„ Quidam rogavit , Ecquis esset murium

„ Nolam alligare qui sonantem felibus

Auderet . Est semper favens audentibus .

Fortuna . Non audentibus nunquam fa- vet .

Nox ut tenebris fulgidum fugat diem .

Adversa sic secunda Sortis efferunt .

Rogare Sortem copiam ut sui sibi

Faciat precanti , Sortis ignorantia est .

Fallacis est qui ignarus haud Sortis doli .

Dicendus eminere vir prudentia est .

Sorti qui iniquæ irascitur , bis est miser .

Cum nube tristi obiecta Sortis gratia est

Pridem faventis , lata cumq; abscondidit .

Ridentis ora, Sortis apparet dolus.
 Sors quidlibet facit, facit nulli & satis.
 Livor faventis semper est Sortis comes.
 Sperare & annos, saecula & felicia, haud
 Licet. Parata Sortis est injuria,
 Semperque, cuivis ac, ubique & obvia.
 Futura qualis crastini lux sit die
 Dubiumque ut incertumque , sic & cra-
 stina
 Sors sit futura qualis, haud est cognitum.
 Veneranda canis esse vis quæ legibus,
 Et sancta debet, & movenda nemini ,
 Se saepe Sorti cogitur submittere ;
 Quæ semper exlex subtrahit se legibus,
 Et sceptra legum vendicat, cumvult, sibi.
 Diesque per noctesque perque plurimas
 Traectos labores, una raro haud perditos
 Hora aut dies videt; videre contigit
 Et saepe nobis. Tale Sortis robur est.
 Nubesque scaevæ Sortis & ventos super
 Nemo est locatus. Adspice hic altissimos
 Mortalium tot , totque rerum Principes,
 Pessum datos, levique Sortis & manu :
 Sunt hac minores maximorum maximi.
 Qui perditis est, quique iniquis moribus,
 Iniquitat Sortis esse obnoxius
 Minus videtur , quam æquus est vir ac
 probus
 Mirum hoc videtur plurimis , sed non
 mihi ;
 Odiſſe nam Sors improba improbum
 haud potest
 Sunt læta Sortis, Sortis illa perfidæ,
 Aranearum vana nñl quam stamina.
 Et parma, & hasta , & omne telorum
 genus,
 Opposta Sortis casibus , sunt junccea.
 Ruſtare rictu non trifaci Cerberum ,
 Stygiique quotquot monstra noscuntur
 lacus ,
 Præsentius majusve virus edere
 Unquam est putandum hoc , Sors quod
 omni porrigit ,
 Locusta Sors , & promiconda toxicæ ,

Quod mille celat , mille quod miscet
 modis ;
 A quo cavere cautio haud potest sibi.
 Sortis forum Orbis, Sorsque nugivendula
 est.
 Non simplice haud letalis i&t; vulnus
 Perire Sors vult , vult perire fæpius,
 Non, nñ crux plena, quæ mittit cutem.
 Præstigiarum mille Sors est artifex
 Dolosa , mille & phasmatum , abdito in
 studet
 Nocere dum, nocere quo possit magis.
 Sors fessa nunquam est, & fatigat omnia;
 Et capta nunquam quidquid obvium ca-
 pit ;
 Subjecta nulli & subiicit quidvis sibi ;
 Et orba visu est, prædo & est videntium ;
 Parenque & , & noverca nobis hostis est,
 Negatque semper datque quidvis cuili-
 bet ;
 Facit potentes, quos manere, & divites,
 Manere quos & divites , haud diu sinit ,
 Volubilique versat in semper rota
 Et parva , magna & , omnia & morta-
 lium
 Non desinente, perpeti sed impete .
 Capita ut securi Augusta cæſa concidunt ,
 (Nam concidisse nuper ipsi vidimus ,
 Decussa in horto ut concidunt papave-
 rum)
 Est Sortis , haud parcentis ipsi purpuræ ,
 &
 Supra efferentis Principes ipsos caput ;
 Caput superbum , mille pridem ut extu-
 lit
 Raptis coronis ; mille sceptris , milleque
 Raptisque sceptris , dextra se jaçtat ma-
 nus :
 Adeo est superba Sortis insolentia ,
 Intemperans , immitis insolentia ;
 Læſæque majestatis uno haud crimen
 Et foeda. Mille , mille Reges perdidit ;
 Cum Regibusque tantam Achivorum
 manum .

Miseram

Miseram populi ubique, solitudines,
Deserta sese ut sola regnorum offerant;
Supra esse stulte credita olim injurias,
Sortisq; temporumq; & hostiū omnium.
Magis magisque Sortis iras excitat
Sortis senecta, anile jam & delirium.
Ætas parentum haud ulla quondam pro-
tulit-

Tam multa dictu &, multa visu inco-
gnita.

Attonsa ferro culibet res principum est,
Sub cladibus fatiscit & potentia
Reliquum super si quid, super tantum
& nihil,

Indignum & ipsa Sortis iracundia.
Quam fæva Sors sit, quam cruenta, quam
effera,

Ignorat is qui, ignorat & Sortis manum,
Sortis bibentis largius nil sanguine.

Jactasse Cæfarem, suâ undecies manu
Centena, plura millia & castris
Maestra, scribunt, nota Sortis viðima
Qui cæsus ipse debitas pænas dedit.

Magno rependit præmia hæc satelliti.
Non nostro in Orbe adversa Sors est gen-
tibus,

Regnisq; tantum; perdit & florem Novi.
Cuba insularum maxima olim & Mexicæ
Pollens in oris, magna terræ tractibus

Et lœta, nunc attrita, sicca nunc sitit,
Exusta tanquam tota Sortis ignibus,

Orbataque & fæcunditatis ubere est,
Mulætra & prioris. Sors ubique noxia est.

Felicitis ille Sulla dictus nomine,
Romana cui res visa se submittere,

Pene universa, Sortis ausu est nobilis
Fugientis ac, & deserentis haud modo,
Sed funditus perdentis atque stirpitus,

Et claritudine exuentis qualibet.
Tantum illa nomen Sortis est felicitas,
Inane nomen, splendidum & menda-
cium.

Piscis minorem sæpe magnus devorat:

Sors talis infimi est loci mortalium.

Iniqua Sors, mansura Sors mortalium,
Ut præda sint majoribus prædonibus,
Hominesque quos non, sed Molosso di-
xeris.

Nil Orbis hic quā sparsa multo sanguine
Arena Sortis est; cruentus Sortis &
Quem nulla ludum nesciunt jam tem-
pora.

Gangræna Sortis singulos non afficit;
Repit per omnes, illa letalis lues
Pecori haud modo, illi & qui magister est
gregis. (fides;

Sorti haud nocenti habenda nunquam sit
Nocere nam non desinit, differt modo.
Sors ista non felicium nunc temporum
est,

Plerique clavum ut publicum ad sedeant,
regant-

Et regna & urbes, gnarures haud imperi.
Popina multis aula nunc est Principum,
Potique semper officina Liberi:
Gravitas & inde nulla, nulla sanctitas
Aut Consili, æquitasque nulla, sed meri
Suadenda non suadentis eructatio,
Et profuturi semper ignorantia.

Sic Sors culullo sceptræ raro haud porri-
git, (ratis.

Clavumque mandat, quo datur pessum
Vertigo jam vinosa vertit omnia,
Miscetque gentes Principesque, mentis ut
Suæ minores, & madens vino facit
Multo madere regna passim sanguine.
Sunt ista Sortis quæ bibuntur pocula,
Nocitura quando est, mille pugnantis
dolis,

Securitatem exscindat ut mortalium,
Pro pace tantum & offerat merum Chaos.
Grave id priorum nunc ab aulis exulat,
Gravique multis in viro haud patet locus.
Aut fallor, aut Sors pota sæpe est quæ
imperat.

Ut hasta quondam vulneri, quod fecerat
Ipsa, ipsa opemque Pelias statim tulit;
Sic disciplina Sortis & nocentis est,

Adver-

Adversa quæ dat, tollat ut per prospera.
A Sorte sola pendulum cui pectus est,
Ferre haud quietem, ferre non somnum
potest.

Mors certa Sors ut omnium est morta-
lium,

Splendore sic cum gloriâq; haud omnium
Mori est; ut & ferrum atterit rubiginis
Dens ater, & qui splendor usu nascitur.
Sors æqua non rependit se colentibus,
Credatur ipsa ut velle non unquam coli.
Ex Sorte nobis omnis est labos; struit
Pulchro illa quidquid arduum molimini.
Studium æqui Aristidi exilI tristissimi,
Sapientiæ & cultus veneni Socrati,
Demostheni defensa res & publica,
Fuere causæ supplicI solæ ultimi:
Namque optimis Sors semper adversa-
ria est.

Sorti resistit qui imbecillis proditur.

Præcurrerit is qui gloriæ fastigio,
Honoris ac, præcurrerit & discriminis:
Periculosis Sortis est omnis favor.

Sors mente castâ numen est colentium,
Negantriumque debitum quod nemini,
Scelusque detestantium ac artes malas,
Malos ferentium, & nocentium haud
malis,

Malis premantur Sortis ut majoribus,
Quam gens malorum; at opprimuntur
haud tamen

Dum parma pectori æris est septemplicis
Invicta, constans semper innocentia,
Invisa terris sâpe, grata at numini,
Amica cælo & semper innocentia.
Sors est bonorum, ut sint malorum plu-
rimi,

Malique plutes. Tanta quippe raritas
Bonorum ubique est, calculum ut po-
nentibus

Haud imperitis temporum magnis viris,
Post regna, post moresque visa gentium
Et instituta plurimum, vix diviti,
Quot ora Nilo (flumini septena sunt)

Thebisque portæ, deprehenderint bonos.
Rhetorque Consul, Rhetor ex & Con-
sule

Fit indies, fit Sortis ex libidine;
Mutante cum quâ quilibet mutat locum,
Nolit velitve. Sortis hæc mutatio,
Hæc ira Sortis, Sortis indulgentia est.
Fortuna ridet plurimis nascentibus,
Ridetque Apollo, quos & ostrum pur-
puræ,

Majorum imago multa quos & excipit,
Domus paternæ & multiplex opulentia,
Omnisque mollis ulna cornucopia,
Felicitatis uber & cujuslibet,
Deest nihil queis, defuturum queis nihil,
Manente largâ Sortis indulgentiâ:
Irata contra est plurimis nascentibus,
Quos dura egestas, tefta vix fatis domus,
Macieque siccum matris uber excipit,
Maciesque & ipsa, & omnium penuria,
Famesque, & algor, & sitis, laborque
qui

Mansurus & diurnus & nocturnus est
Superfuturis; saxa queis, feni aut strues
Stramenque cunæ; mollius brutum qui-
bus

Decumbit in bovilibus parvum pecus,
Latæque & haurit plena matris ubera:
Non innocentis una Sors infantia est.
Diversa Sors & omnium est amantium,
Genialis & qui fulcra condescendunt tori.
Nam Nisa Mopso, pulchra Thersti da-
ture;

Et Socrati, quo sanctius nil nobiles
Coluere Athenæ, quo nihil sapientius
Mirata gens est Graia, Xantippes furor
Jam nupsit olim. Adversa Sors amoribus.
Fallit parentum & sâpe Sors vocabulo,
Et liberorum, Sâpe nam injustus pater,
Injusta mater sâpe, sâviens trucis
Instar noverca: contumax, inobsequens
Et sâpe proles, pessima est & optimis,
Ut Cæsari, quo nullus aut laudatior,
Meliorve nullus, natus olim Commodus,
Vixit-

Vixitque rexitque omnibus qui incommodus.

Hæc fæventis Sortis & tormenta sunt.
Ex arbore ut matura, Sole coctaque
Quæ pôma sponte decidunt; mortalibus,
Fulgetque Sors ridetque cum jam splen-

dida,
Et latiora creditur promittere,
Bona & priora auctura jam novis bonis,
Sic deficit mox, moxque tota disperit.
Pascitque Sors, depascit & Sors omnia.
Leguntque mella ut floridis è saltibus,
Et mella nobis dulcia offerunt apes,
Tamenque lœdunt spiculis minoribus;
Sic Sortis omnis comparata est indeoles,
Prodest nocetque, cum hoc vel, illud vel
lubet.

Sors nulla lœta, nulla tam cuiquam fa-

vens
Offertur, ut non sc molesta sit malis.
Adversa Sortis spernere est quisquis po-

tis,
Adversa nunquā huic ulla Sors videbitur,
Adversa quamvis. Ista vis sapientia est.

Sors cæca judex. Cæca multis approbat
Quæ falsa. Posse & creditur tueri
Is falsa, vera qui tueri non potest:
Tam nulla multis, lœva tam sententia est;
Templisque & inde tanta contumacia.
Sortem faventem qui petit semper sibi,
Immiter adorat Numen, insciuum obsequi,
Petitque & id, petendo quod negat sibi;
Petitque nam id, præstare quod Sors non

potest,
Sors, cui favere nemini semper placet.
Circumvenire, fallere omnes Sortis est.

Speculi instar omnis ista Sors pellucidi

est,
Deforme quo in, pulchrumque quo quis

inspicit.
Non aureo ex frâno, aureo ex ephippio
Non æstimatur ut caballi nobilis
Generosa virtus; Sortis indulgentia
Sic liberalis haud virum magnum facit.

Cum nemo vivit Sorte contentus suâ,
Rarusve saltem? Ignarus est Sortis suæ,
Ignarus est & non suæ; votum pigrum est
Plastrum ut caballi, ephippium & vo-

tum bovis.
Aliena quæ sunt quilibet præfert suis,
Et præferenda sâpe non sanus putat,
Mirum ergo non, contentus haud quod

sit suis.
Fit Sorte vates laureâ cinctus caput
Apollinari, somnia & Parnassia
Pindique cui sunt nulla; nulla Sicelis
Admovit uber Musa, quem Sâis rudem
Coluitque nulla, bubsæqua & sterlus me-

rum,
Et invenustas ipsa, & inficietæ
Dictator omnis. Sortis hæc sunt præmia.
Sternenda semper præmium merentibus.
Antiquius nîl Sorte se est in omnia
Vertente, & ista Sorte nîl recentius,
Mansurum & istâ nîl ubique diutius.
Sors dormit haud, quæ jam videtur ster-

tere;
Et excitata semper est & pervigil,
Prompta hinc & inde inferre noxam cui-

libet;
Fugienda nulli, sed timenda & omnibus,
Timenda semper anxie, & quovis loco,
Humilique & editoque. Nam periculis
Injuriisque mille non ullus caret.
Sortis vacantis est leve infortunium;
Cum majus infert, unicum hoc furens

agit.
Cum Sorte jam nocente mascula est viri
Quæ lucta magni, nobile est spectaculum;
Spectaculum omni pulchrius spectaculo.
Est pâlma, quæ, quo deprimis manu ma-

gis,
Magisque vexas, fortius renititur;
Vexata Sorte pectorum excellentium
Sic alta virtus semper exstat altior,
Minasque quavis tuta Sortis despicit,
Minor videtur cum malis, nunquam mi-

Perdi senectæ ipsam & juventutem malis,
 Ætatis & ver integrum quibus, manus
 Justumque robur & vigor, crudum genu,
 Genæque piætus purpurâ flos nobili,
 Flos & juventæ, ætatis & spes longior,
 Et sana mens, & corpus undans sanguine,
 In vere tolli, flore & ipso cernimus.
 Ætatis esse Sors nihil tutum finit.

Quocunque quis, quicunque sit, sedet
 loco,
 Sedet movendus. Ista Sors sedentium est.
 Res maxima est Sors semper, at non
 optima.

Immane præceps est timendum cuilibet,
 Calcare Lunam, Sortis oblitus suæ,
 Dextrâque Solem prendere, & vano im-
 petu

Cælum occupare, inferre Diis ipsis ma-
 num,
 Aufu Gigantis qui effero præsumserit.
 Sortis bonis suave, utile est malis frui.
 Plerumque curvum despicit qui loripes,
 Niger nigroque non probatur Æthiops:
 Suæ cuique Sortis ignorantia est.
 Mixtura tantum Sors boni omnis & mali
 est.

Adversa Sors ferendo tantum vincitur.
 Sorti furenti quisquis est qui obnititur,
 Furentis hunc mox unda Sortis obruit.
 Quod contumax Sors jam negat, nega-
 bit &,

Id voto inani &, irritique poscimus.
 Sors victa nunquam, vinclata nunquam
 sifitur;

Hostisq; Sors, viatrixq; Sors est omnium.
 Eadem esse summa injusta Sors imis ju-
 bet;
 Ad summa & ima sæpe quæ sunt evehit.
 Sors est malorum, qui nocent, semper ti-
 mor;

Mali trementis est boni securitas.
 Tuba est timenda maximi quæ judicis,
 Et ultimi, Sors omnium mortalium est.
 Sors fumus est, favillaq; igne quæ caret,

Contrariusque ventus &, secundus &;
 Zephyrosq; spirat, spirat & truces notos,
 Simulque spirat; antrum & idem est
 Æoli,

Idemque Sortis. Tuta Sortis nulla sunt.
 Nunc mitis est Sors, nunc & orba tigris
 est;

Aloëq; melque, melle plus aloës habens.
 Paterna bobus rura quæ exercest tuis
 Sint læta, multa rura sint passim tibi;
 Multis columnis fulta tecta, marmore
 Superba multo &, aurea & laquearia,
 Splendore lucens crux quæ Memphitica,
 Veterique texta aulæ per pulchre manu.
 Tota ac odores halet Assyrios domus,
 Nihilque desit, ac abundant omnia,
 Futura tandem Sortis illa præda sunt,
 Spoliumque dives temporum rapacium.
 Socii ac amici, hostesque, sint multi tibi,
 Suâ illa quidvis Sors rotans vertigine,
 Vertensque ubique, mox negabit & tibi;
 Proque hoste amicum, proque amico ho-
 stem offeret.

Auferre mox allata quæ sunt Sortis est;
 Æstasque brumam ut, bruma ut æstatem
 rapit.

Morbique egestasque ac fuga, & bella
 impia
 Clausere tristi tempora hæc indagine,
 Obsessa passim. Mille Sors nocet modis.
 Glaciale quamvis consulas fugâ tibi
 Ad æquor, injustæ haud fugis Sortis ma-
 nus.

Inusitato nascitur qualis modo,
 Rosoque matris ventre dirus Scorpio;
 Sors læta talis plurimis progignitur.
 Jam dissipatis rebus ex felicium,
 Versisque. Sors diversa nam semper pa-
 rit;

Ridere & hos cum, flere tunc istos jubet.
 Sortem dolenti pauperum desunt opes;
 Opibusque præpollentibus dæst dolor:
 Et illa Sortis improba est iniquitas.
 Sors mille votis se fatigari cupit,
 Preci-

Precibusque mille, prona ut esse, esse ut favens

Velit indigenti. Mille post fastidia,
Post mille plus quam, Sortis est faventia,
Nec diu faventis cuiquam, impetrabilis,
Et cautis instar sœpe inexorabilis,
Hoc Sortis est, miscere læta tristibus,
Offerre mixta & cuilibet mortalium.
Sapientis olim in Perside hæc sententia

est,
Qua dicta nulla certior sententia,
Tripode ex nec ulla prompta quæ sit ve-

rior:

ROSAQUE SPINÆ ET, ET MERVVM
ET CAPITIS DOLOR,
THESAURUS IN TERRA ABDITUS,
SERPENTIUM ET
SPELUNCA DIVES, UNIO ET PEL-
LICIDUS.
CROCODILUS ET, PARATA MORS
QUÆRENTIBUS,
ET HERBA ODORA, TRUNCUS ET
QUI EXARUIT,
INIMICUS AC, AMICUS ATQUE,
CUILIBET
VNO AC EODEM SE OFFERVNT
SEMPER' LOCO.

Sors blanda falit: fallere haud mirum
est mihi;

Suam esse namq; quilibet blandam cupit.
Quod mille amicis est amatum non ames,
Vix obvenitque, nec manetque amanti-
bus.

Sors perfidos facitque plurimos, ut &
Sors perfida est. Plerique Sortis ex fa-

ventia,
Ex commodisque deligunt charum sibi.
Non est amicus blanda quem dedit tibi;
Cum desinente blandus esse desinit.
Vendunt labori cuncta Dii mortalium;
Sorte haud favente at perditus perit labos.
Ferente Sorte vita cuivis suavis est;
Sed non ferente, vita ad instar mortis est.
Peritque Sors, cum Sorte & omni quidli-
bet.

Lucrum parare quisquis institit dolo,
Sortis dolosæ non dolorum gnarus est.

A Sorte qui negata quæ sunt appetit,
Accepta perdit stultus, & negat sibi.
Inimica Sors est cum, quæ amicum jam

premit,

Amantium gregem inter haud quisquam
est qui amat:

Sani dolorem vulneris non sentiunt.

Quicunque abutitur bonis Sortis quæ ha-
bet

Ridentis, is se pauperem brevi videt,
Desertum &, atque destitutum ab omni-
bus;

Procula qualis arbor, & pomi ferax,
Æstate postquam prodige fructus dedit,
Viduata fronde & nuda brumæ tempore

est.

Ex Occidente Solis haud exortus est:

Ex Sortis attamen furentis casibus,

Ex vespera calamitatum & omnium

Ipsaque nocte, nocte densâ, lurida,
Longâ &, malorum & undique ingruen-
tium,

Efferre lætum vidimus plures caput.

Non mancipanda nostra mens ulli est
rei;

Res Sortis omnis nostra non manentis

est.

Virens in horto gramen ut solum placet,

Sic sola quæ secunda Sors mortalibus.

Sortis referre nullus est imaginem,
Qui possiet. Nam cum ora Sortis inspi-

cis,

Penitusque totam ac intimeque perspi-

cis,

Et vana imago-Sors, vaga est & omnium.

Sors nulla quæ dat, nulla quæ accipit fi-

dem.

Non terreat te Sortis inclemensia;

Nam verberantis pugnus est juvans ma-

nus.

Arabum fides si habenda sit prudenti-
bus;

A M A N T I S U V A P A S S A D V E C I S
V E R B E R E S T.

I R A S C I T V R C V M S O R S , M O R A R E
P A V L V L V M ;
R E D I T V R A N A M P L A C A T A M O X
S O R S E S T T I B I :

U V A E R E C E N T I S Q V A L I S I M M I T I S
S A P O R

M V L T I H A V D D I E I M I T I O R F I T
S O L I B U S .

S O R S T O T I V S F A V E N S F A V O R E
S A C V L I ,
E T S A C V L O R V M M I L L E (M I L L E
S I F A V O R) .

V N O N E G A T Q V E , T O L L I T E T R A
R O H A V D D I E .

I n i m i c a S o r s c u i e s t , n u l l u s h u i c a m i c u s
e s t ,

S e d c u i e s t a m i c a , a m a n t i u m p l u s e s t s a
t i s .

A d v e r s a m u l t i s c a u s a S o r s e s t c r i m i n i s ,
C o n j u n c t a c u m e s t m e n s l a v a n o n f e r e
n t u m .

S u æ e s s e S o r t i s b a j u l u m q u e m v i s d e c e t ,
N e c e s s e & e s s e e s t . E x c u t i t n u l l u s j u g u i m
I m p o s t u m a b i l l a ; n u l l u s e x c u s s u r u s e s t .
H a c l e g e , i n i l l a s e r v i t u t e n a s c i m u r ,
D o m i n i q u e s e r v i q u e , o b s e q u e n t e s P r i n
c i p i ,

E t q u o s t i m e n d o s P r i n c i p e s t h r o n u s f a
c i t .

H i s n a n i q u e r e r u m s c e p t r a q u e i s m o r t a
l i u m .

C o m m i s s a , S o r t i s i l l a q u æ m a j o r a f u n t .
N i l o r e S o r t i s l a t i u s , n i l t r i s t i u s ;
N i l t r i s t i u s s e d q u a m i m p e r a n t i s u b j i c i ;
R e c t o r s u p r e m u s v u l t t a m e n n o s u b j i c i ,
N e u n q u a m , a e v i t e r n a q u æ f u t u r a , g l o
r i a

S p e s a u t a m o r q u e S o r t e f a l s o s d e s e r a t .
R e g e m p o t e n t e m c u m o m n i u m v i d e s ,
v i d e s

S o l a m i n o r e m S o r t i s i r a c u n d i a .
N i l S o r t e m o r t i s d u r i u s m o r t a l i b u s .
P o s s e e s s e , & i n d e q u i l i b e t v e l c o l l i g a t ,

Q u o d s i t d o l o r i s m a x i m i & d e n t e m u m
c u m .

E v e l l e r e o r i . T u e r g o & i m m e n s u m p u t a ,
A n i m æ q u e c o r p o r i s q u e , q u æ c o n j u n c t a
f u n t ,

N e x u m q u e m o r t e v i n c u l u m q u e a b r u
m p e r e .

E f f a t a n o n d u m a n n o s a S o r s m o r t a l i u m
e s t ,

Æ q u æ v a & O r b i s i t l i c e t ; p a r t u n o v o
D i e r e d i t q u æ , n o c t e q u æ q u e q u a l i b e t
M a j o r a s e m p e r v a n i t a t i s c o n c i p i t

E d i t u q u e m o n s t r a , v i s a n o n p r i o r i b u s .
Q u i f e c u l o r u m p l u r i u m f u t l a b o r ,

E v e r s u s h o r u l æ u n i u s S o r t i s e s t o p u s .
S æ p e i r a S o r t i s p l u s f a v e t f a v o r i b u s .

O p e s r e u n i t i s i n f a r o m n e s f u n t a q u æ ,
S o r t i s q u e q u o t q u o t o f f e r u n t m u n e r a .

B o n a q u æ d e d i t c u m a u g e r e S o r t i s n o n
l u b e t ,

P e r e u n t q u e r a p t i m d e s e r u n t q ; q u æ d e d i t .
M o n t a n a n i r i g a r e t i n d i e s m a d o r .

J o v i s p l u e n t i s , T i g r i s & v a s t i f f i s m u s
R h e n u m q u e f l u m e n a l v e i b r e v i f o r e n t

A b o m n i a q u a r a r u m d e s t i t u t i c o p i a .
F e l i c i t a t e S o r t i s o m n e s e b r i i

P r æ s e n t i s , u l l o d u m f u t u r o r u m m e t u
S e a n g i m a l o r u m & a d m o n e r i n o n f i n u n t ,

F u t u r a c u m p r æ s e n t i b u s n e g a n t s i b i .
M i s e r u m f u t u r u m s e h a u d t i m e t q u i e s t

j a m m i s e r e .

N o n S o r t i s u l l o e s t d i g n u s i l l e m u n e r e ,
A v a r u s a u r o c o m p e d e s i s q u i i n j i c i t .

I n f r a q u e S o r t i s v i m o m n i u m e s t i n d u
s t r i a ,

L a b o r q u e q u i v i s , c u r a & a n x i a o m n i u m :
I n i q u a c u m S o r s , a r t e n e m o p r o f i c i t .

S o r t i s m a n u m n e m o e f f u g i t ; t e n t o r i u m

U b i q u e f i g i t , a t q u e t r a n s f e r t c u m l u b e t ,

I n m o n t e , c a m p o q u e , a t q u e d e s e r t i s l o

c i s ,

A g r i s q u e & u r b e , & a m b u l a t p e r o m n i a ,
P e r e g r i n a n u s q u a m , n o t a u b i q u e &

o m n i b u s ,

Crx nota & hostis carnifexque &
omnium;

Et nota passim cladibus quibuslibet.

En Sortis improbam vicissitudinem,

Orientis ore proditam prudentium:

PEREGRINVM IN ORBEM CERDO
SI DISGESSERIT

PATRIIS RELICTIS SEDIBVS, NON
EST MISER.

EGENSVE VIVIT; SI EX VI FASTI-
GIO

FELLIQVE REGNO SORTE IN IQVA
PRINCIPEM

CONTINGAT, INSTAR PRINCIPIS
NIMRUSII,

VTRIVSQUE SORTIS CASIBVS
PASSIM INCLYTI,

AB OMNIBVS DESERTVS AC DEFECTVS
EST.

Magnorum ea est Sors omnium & cala-
mitas,

Habent minora semper irata ut sibi,
Infesta semper. Nobilem ferocia

Culex pusillus pungit & Lucam bovem;
Lacerat leonis Massyli & mordet cutem.

Formica, robur esse cui nullum putes:
Haud magna parvi, ut parva magni haud

spernere est.

Inopumque forte s̄epe Sors ligat ma-
num,

Sed auro inertein s̄epe & invictam facit.
Fortuna miros exhibet nobis jocos;

Vi consilī vir providus raro haud caret;
Scopum sagittā s̄epe contingit puēr,

Rudisque nesciusque eorum quæ facit.
Iniquitate pressa cum sapientia est

Irāque Sortis, haud minus Sapientiæ
Nomenque vimque possider, pro judice

Sedente, recte quisquis & vana haud sa-
pit.

Amica nobis esse cum Sors creditur,
Specieque falsoque ore tantum talis est;

Serpente cum ista ludus haud securus
est.

Aurora Sortis s̄epe multis vespera est:-

Vitrique ad instar splendidi est quod
frangitur.

Ex Sorte multum commodi ac incom-
modi est,

Quæstusque multum, ut ex mari, & di-
scriminis:

Spinæ & rosæque semper est consortium.

Turres solo æquari, alta sterni mænia

Vertique & ignium istibus, ceu fulmine,

Urbes superbas, Sortis inclemtiâ,

Ætas priorum videt, & nostra hæc videt,

Videtque passim &, & videbunt posteri:

Erit futuris illa, quæ majoribus.

Maris momordit ut quæ arenas anchora,

Ne præda venti, fluctuum aut fiat ratis,

Ventoque & undis s̄æpe cedit, ac minor

Deprensâ nauta est: fortis & constantia

Malo ingruenti s̄æpe non par est viri:

Virtutis & sunt impares Sorti manus.

Somno sepultus, & sepultus est mero,

Expersque sensus omnis, expers mentis

&,

Gnarusque rerum haud quæque quas mu-

tat dies

Veritatem quæque, quisquis inconstan-

tiam,

Sortis perennem haud esse persuadet sibi.

Céreali aristâ qui beatus campus est,

Silvæque saltus omnis, & prata herbida,

Lasciva prata, fertiles vites meri,

Donum datoris lœta quæ sunt Liberi,

Ulmique lœtis illigatae vitibus

Nuptæque, vis alta & superba quer-

cuum,

Patulæque fagi, perviae non fulmini

Lauri virentes, atque palmae nobiles,

Pondusque quas. onusque quas nullum

opprimit,

Virides Napææ, grata luci Numina,

Et dulce Floræ, dulce Pômonæ quod est,

Nemorumque quodvis, omne & horto-

rum decus,

Spolium fuere Sortis, & futura sunt:

Similique passim quidlibet perit modo:

Metuenda Sors quam , hinc colligas licet : suā

Pugnatque Sors vincitque & immisā manu.

Timet minorem major , & sic fit minor.

Promissa Sors haud servat , haud servat fidem.

Sors ista vieti Martis irā semper est ,
Victoris ut sit in manu libidinis ,
Manuque dura, immitti & implacabili ;
Nam parcere hosti, credit esse hostis sibi ,
Pium esse bello & , esse non clementiam ,
Dignamque cæde est parca quæ cædis manum ,

Sibi & nocere qui satis vieto haud nocet .
Hinc quæ geruntur bella tā cruenta sunt .
Dubioque Cræsus falsus est Apolline ,
Dubiāque & omnes Sorte stulti fallimur .
Iminica Sors est omnibus , placet quibus
Virtus , & hostis omnium est virtutibus .
Iniquitate Sortis est iniquius
Nil : Sors iniqua semper optimo est viro .
Jocosa passim Sortis humanæ patent ,
Videsque cum infimos , videsque & ma-

ximos ;
Nulli illa parcit , & pepercit nemini .
Nil esse Sorte pejus hinc intelligis ,
Adversa quod sit optimis mortalium ;
Plerumque amica , falsa sed , sit pessimis .
Fascesque sunt , sunt sceptræ Sortis omnia .
Dare quod potest , auferre & idem Sors potest .

Armoque & armus , Sorsque Sorti opponitur .

Per tela sunt , ensesque quæ sunt invia ,
Pereunteque Sortis occiduntque injuriā .
Bellona multum posse nobis creditur ;
Bellona nulla est : Sortis est potentia .
Servire Sorti servitus est omnium ,
Dominusque rerum huic quilibet subje-
ctus est .

Licetque quidquid , quidquid & nulli li-
cet ,

Omnē id licere Sors putat semper sibi .

Quæ Sortis est , est omnium mutatio ;
Cum Sorte versā vertit ora quilibet .

Doloris omnis gaudiique est Sors parens ,
Genitrixque mellis larga , larga fellis & ,
Et sacchari divesque & est absinthii .

Nocensque Sors , favensque non servat modum ;

Rapitque redditura Sors quidquid rapit ,
Redditque Sors , raptura mox quod red-
dedit .

Sors sola egena , sola Sors & dives est ;
Ditesque sola , sola pauperes facit .

Nuper quadriga cuncta Sortem compita
Videre pervehi ipse sum visus mihi ,

Pullāque partim veste , partim candidā ,
Et discolorē se tegentem suppato ,

Fastu superbam turgidamque plurimo ;
Altā quadriga , quam trahebat Gaudium ,

Dolorque ; desperantium ac ingens manus
Aderat satelles , & cohors ridentium ,

Plorantiumque . Sortis hic paratus est ;
Orbemque talis universum circuit ,

Invisit & ; terretque nunc , nunc & favet .
Videre Sortem navigantem & sum mihi

Visus ; videre discolorē nobilem .

Velo carinam , candidus partim cui ,
Nigerque vultus ; tota proles Æoli ,

Pugnaxque proles invicem , cui comes ,
Sistensque nunc & , provehensque nunc

ratem ,

Jactansque aquarum fluctibus contrariis ;

Sors tota talis navitis mortalibus .

Avara sic ut , larga Sortis dextera est .
Noctem minatur , luce dum noctem te-

git .

Sorti omnis ille qui obstat , obstat & sibi ;
Nam Sorte nō se porrigit potentius .

Sors tota monstrum semper est versatile ;
Nunc isto & ore , istoque semper nobilis .

Audere Sors est omnia indigentia .

Res tota Sors , spes tota Sors mortalium

est .

Mutatio omnis , omniumque , ferculum

Est Sortis ; unicum illud offert cuilibet .

Mag

Mage immodestum Sortis immodestia
Se offert nihil. Sapit modeste is qui utitur.
Hoc Sorte quod favente quis capit sibi,
Perditque Sorte non favente, inter bona
Censere, magna &, plurium & dementia
est;

Opesque magnas, nobilem & prosapiam
Famamque claram, regnaque ac amplif-
sima.

Sors ista Sortis omnium fruentium est.
Favore, seſe Sortis ut non eximi,
Ut excipique casibus contrariis
Non posse credant. Sortis est nam quid-
libet,

Sortisque pandunt regna ſe per omnia.
Cebes tabellā inclaruit quā olim catus,
Hodieque claret, clarus omni & poste-
rūm

Futurus ævo est, nil tabella quam aurca,
Tabella quæ cujuslibet prudentiæ
Præcepta pingit aureis coloribus,
Verisque ſcīte pingit, haud mendacibus,
Et Sortis ipsam, qualis est, imaginem,
Faciemque pingit. Ore ſtat Sors lurido,
(Referre cuncta nam nimis longum fo-
ret)

Quid sit bonum, quid sit malum, quid non
bonum,

Malumque quid non, ipſa gnara quam-
libet,
Ore invidentis obtegens, tegens ſui ut
Sors ſemper eſt. Vides ſedentem, donaque
Quæ donat inter, inter obſeffam &
mala,

Numerare nulli quæ datur mortalium,
Suā offerentem his, his negantem mu-
nera;

Pariterque mox & auferentem quæ de-
dit,

Spinisque floribusque vefitam caput;
Intemperantia ipſa, prodigalitas
Et ipſa, avari vana quæ ſunt ſomnia,
Manusque & ipſa tota quæ fallaciæ,
Claudunt latus ſuperbientis. & comes

Amicus adſtat ore, corde perfidus;
Circumſtat ingens turba gemitentium,
Gementium ſed major ac plorantium,
Dolentiumque Sortis incertas vices,
Vicesque mille, vertitur queis quidlibet,
Idemque eodem non manet fixum loco.
Depicta Sors eſt talis antiquo Sopho;
Tamen haud inepte Sortis os picturus eſt,
Sit cum nihil, picturus eſt quisquis nihil,
Oneraria ut jam ſarcinis prioribus
Merce & vaciva navis, impletur novis;
Ad hunc iniquitate Sortis & modum,
Quocunque depulſum eſt malum, no-
vum excipi.

Accepta Sorti ferre quæ debes bona,
Bona eſſe vera hæc, & tua eſſe, non putes;
Mansura nam tibi illa Fortunæ haud ma-
nent.

Efferre ſeſe accepta propter haud decet,
Animove frangi rapta Sortis ob bona.
Exercitus malorum &, & viſ plurium,
Queis cuncta magnis perdomat victoriis,
Vičtusque totus quæſis triumphus orbis eſt,
Sorti, nocere accincta cum eſt, parata
ſunt.

Plorare vanum adverſa quæ ſunt Sortis
eſt,

Sapientis haud at ſpernere eſt Sortis mi-
nas.

Plerumque Sortis quilibet faber ſuæ eſt,
Malamq; quisque dum, bonam aut ſtruit
ſibi.

Regum aula quævis magna Sortis regna
ſunt,

Regum aula quævis, queis nihil poten-
tius,

Obſtare poſſe creditur queis & nihil,
Deeſtque nil eſt. Sors ubivis imperat.
Plerumque telum Sortis haud vitabile
eſt.

Nulla his videtur Sortis innocentia,
Ipsi nocentes qui nocent ſoli ſibi:
Opinione Sors rea eſt dementia;
Eſt noſtra, nulla Sortis eſt dementia;

Et no-

Et nostra, nulla Sortis inconstantia est;
 Et nostra, nulla Sortis est injutia;
 Irāmque Sortis credit iratus sibi.
 Poenæ illigatus sāpe legis Juliæ,
 Dum frena laxat perditæ libidini,
 Meruit quod ipse, id Sortis esse judicat;
 Sors causa culpæ, causa poenæ creditur;
 Nullum sed isto majus est delirio,
 Offerre majus ipse quo haud potest furor.

Seni puertia, error & puertia
 Sors est: senectæ & omnis est puertia.
 Jam victa Sors quæ, victa non statim reddit.
 Ventura Sortis omnis ætas nescia est:
 Vagina gentium, officina dives ac
 Mavors virorum & ipse quos genuit sibi,
 Sibique legit, nobilis Septentrio
 Europæ, & ille nobilis victoriis,
 To ille pridem dives & victoriis,
 Ventura nulla quas loquetur haud dives,
 Nulla haud stupebit, inclytis passim
 uribus
 Surgit superbus, viisque major temporum
 Quavis putatur; præda quævis Sortis est
 Futura sed mox, invium cui est nihil,
 Nil haud domandum, nil manere quod
 luet:

Mansura forte at vana sunt spectacula,
 Cineresque post &, busta post & urbiuum:
 Imago rerum rebus est perennior.
 Regnum potentis nobile illud Galliæ,
 Opibusque semper nobile & civis manu,
 Europa nullum majus aut florentius
 Quo tota jactat, sicut in se jam domi
 Jugulatque fœsi Principum turbantium
 Studiisque foede & partibus contrariis
 Scissumque divisumque. Pacem pellere,
 Et motibus miscere cuncta, Sortis est,
 Nunquam quieta quæ quietis hostis est.
 Oculisque falli, & oris immodestia
 Errore falli & aurium, Sors omnium est.
 Plerique nobis fingimus præsentia,
 Præsentia haud quæ, neminique quæ manent.

Errantium hæc Sors omnium & delirium
 est.

Tu Sortis arctis colla cur amplexibus
 Et stringis, ori & suave figis basium?
 Meretricis instar falsa vultu decipit.
 Ut naviganti semper est anceps mare,
 Jaçtamur & sic mille Sortis fluctibus.
 Orbis colonus aspera & saxa incolit,
 Nudisque cautes, inter & discrimina
 Metusque mille, omnisque inexplicabili
 Et casse cinctus undique & clausus mali.
 Lege hac iniquâ quisque Sortis nascimur.
 Rheni illa quondam ripa semibarbara,
 Aut tota barbara, illa quæ Germaniam
 Fæcunda potat, culta nunc est moribus
 Et legibus, queis sanctiores Græcia,
 Quæs castiores Roma nec Quiritibus
 Antiqua fixit. Sortis hæc mutatio est,
 Bonum malo mutantis & malum bono.
 Amor Minervæ, Apollinis prætorium,
 Scientiarum magna mater omnium,
 Parenisque lata & omnis elegantiæ,
 Gens Graia quondam, pressa Turcarum
 jugo,

Scientiarum ignara nunc & omnium,
 Prioris omnis nescia elegantiæ,
 Hebet siletque. Sortis hæc injuria est.
 Adversa quæ Sors, plurimis semper ma-

nent;

Semper secunda at, larga semper & fa-

vens,

Nigroque cygno, albâque rario pice est.
 Cum regna Sorti, sceptræ cum Sorti ob-

sequi,

Sequi & moventem, sacerulis prioribus
 Nostrisque multum multaque & terrentia
 Exempla ubique, semper & monstrave-

rint,

Et regna, sceptræ & Sortis insanus negat.
 Adversa quæ, secunda quæ Sors, est le-

vis;

Leviorque vento est & ruente fulmine.
 Servire spectas qui jubere suetus est,
 Regnatq; quem videre servum contigit:

A Sorte

A Sorte eā omnis imperatur servitus.
 Cave tuum esse illud putes, Sors quod
 dedit,
 Injusta iniquā dividens quidvis manū.
 Quod perdere haud vis, quod potes
 haud, hoc tuum est,
 Tuumque solum; Sortis at sunt cætera;
 Lex fixa nulla cuius est libidini,
 Quæ tollit & dat cuique quod vult, quod
 luet.
 Superba Sors est; se coli, haud flecti sinit:
 Sors cautis instar dura quæ Marpesiaæ;
 Sors tota faxum, Sors inexorabilis.
 Tricosa Sors est, nūl manere cui placet,
 Amænitatis, suavitatis & nūl;
 Fel tota, pasta felle solo potaque,
 Et proma felis, dulce quamvis rideat,
 Labrisque fallax osculetur melleis;
 Pungitque mordetque omne latae ba-
 sum;
 Amplexus omnis rete tantum & cassis est;
 Porreæta dextra & uncus est & vincu-
 lum.
 Comes eminentis Sortis invidentia est,
 Sequiturq; semper maximos mortalium.
 Sibi furorque est, error & gravissimus,
 Mansura Sortis lata quæ promittere,
 Levisque Divæ, Diva si, constantiam.
 Est impedita veritas, alto in latet
 Puteoque mersa, nullus est profundior,
 Majore nullus quo obsitus caligine.
 Sapere est laboris plena Sors volentium,
 Animoque veri expellere ignorantiam.
 Illa inclyta olim, turribusque & urbibus
 Superba tellus plurimis Iberiaæ,
 Superba nunc & plurimis & inclyta,
 Sed paucioribus, sed & novis, edax
 Urbes vetustas dente dum rodit suo,
 Molesque structas nobiles majoribus
 Inimica vertit, Sortis haud nescit vices,
 Heu! Sortis ipsarum helluonis urbium.
 Fæcunda quondam & lata mater ur-
 bum,
 Coloniarum lata mater Itala

Tellus vetustis claruit quæ saeculis,
 Magnisque nunc & clara civitatibus
 Multisque passim, jam perire quod vetus
 Humique sterni, surgere ac id quod no-
 vum,
 Inferre & astris ante non visum caput,
 Dolet stupetque; principem sed maxime
 Deamque quondam gentium urbem Ro-
 muli,
 Totoque vieto ab Orbe cultam supplice,
 Cineres prioris bustum & esse gloriae.
 Fuit omnium Sors hæc, futura & urbium
 est,
 Quæcunque sint, quacunque magnitu-
 dine.
 Et Morbus & Mors certa Sors est omnium;
 Immissa nos in mille morborum est pha-
 lanx,
 Augerque quos, gignitque quos novos
 dies,
 Nullis priorum cogniti qui saeculis.
 Ferax malorum & mille Morbi Regia
 est,
 Animique & hostis, hostis & nunc cor-
 poris,
 Et farta rota spiculis letalibus.
 Nunc sola prodit, vincita sed, sed vietaque,
 Tradux adustæ bilis ac succi nigri,
 Gignensque alensque mentis ægritudi-
 nem,
 Specieque terrens simplice haud imagi-
 num;
 Imaginem quæ pingit ex imagine,
 Umbramque ab umbrâ dicit, umbrosum
 malum,
 Melius tenebras esse quas tu dixeris,
 Densamque tantum & luridam caligi-
 nem.
 Animique & error, magnus & raro haud
 furor,
 Alumna mille, mille phasmatum parens,
 Alumna monstri haud unius, vera Africa,
 Informe monstrum cui parit semper no-
 vum,

Formido tota , mille dux formidinum ,
Terretque & ipsam dira quæ Formidi-
nem ,
Sub mole cuius plorat & gemit miser ,
Gematque sed, plore que cur, ignarus est.
Malo absq; & omni fingit & in alium sibi ,
Et pejus haud quo, quoq; non nocentius.
Quie ta cum vietur inquietus quies ,
Mentisque turbo tantum & insanus Ty-
phon .

Spirante quo tranquillitas exspirat & ,
Statu & movetur pectoris constantia ,
Suum & tueri mota mens nequit locum.
Nunquamque sperat idem & , & negat
sibi ;

Mæror mæror nullus est quo mæstior ,
Über doloris semper exsuccum bibens ,
Sitiensque semper , semper & leporis
metus ,

Metuenda solo in incidentis ex metu ,
Metusque quæ sunt sola cui metuenda
sunt .

Farrago rerum vasta quæ fuere, sunt
Quæ, quæ & futuræ , quæque nunquam
forsitan .

Et sunt futuræ : vera Crispis Ælia ,
Quæ & esse quidvis, esse nil & dicitur .
Ænigma, fingit quod, nec explicat sibi ,
Torquetque quo fese ille qui fingit sibi ,
Sui ipse dictator qui & est delirii ,
Delirii & morosus interpres sui .

Insana fingendi omnia immodestia ,
Suique, rerum & omnium confusio ,
Intemperansque tota perturbatio .

Nil plena quam umbrarum domus Plu-
tonia ,
Exilis haud quæ est, ampla sed multum
domus ,

Charontis atrâ picta tota quæ manu ,
Spelunca quâ in trux Eumenis , parent
metus ,

Furiæque & omnes inferi quot sunt la-
cus ,

Acherontis & Stygisq; Phlegethontis &

Posuere sedem nuper haud fixam sibi ,
Posuene & olim, monstra multo & pluria
Et monstra monstris quæ omnibus ma-
jora sunt ,
Non vena secta, non & Helleborus cui
Possunt mederi ; cui quietem debitam
Somnumque nulla porrigit papavera ,
Tota illa Proteus mille formarum capax ,
Tenaxque mille, & ore plus quam centi-
ceps ,

Non visa quæ, non picta, quæ pingit sibi .
Fingitque semper , semper & struit ma-
lum ,

Terretque semper, ægri inane somnium ,
Deliriumque inane, sunt majora quo ,
Fecundiora nulla quo deliria , &
Infesta magnis mentibus deliria .
Pictura rerum cognitæ quæ nemini ,
Visaque nunquam , somnium somno ca-
rens ,

Et somnio quoconque semper vanius ,
Chaosque, territanque vultus omnium .
Speratusque quæ vix, non timenda quæ ti-
met ,

Hostile quidvis esse dum putat sibi ;
Ægrique & ægri haud morbus & mole-
stia ,

Febrisque, nec febrisque, quidlibet, nihil ,
Morbusque, nec morbusque, tota fictio ;
Motæque Lunam ad quæ timens arundi-
nis

Legionis umbram & instar adversariæ
Putat; tremitque se modo ut tantum offe-
runt

Pigmæus & pullusque gallinaceus ,
Passerque glisque musque & , & pulex
levis .

Quæ tristia esse censem hæc quæ lata sunt ,
Et lata censem inter hæc quæ tristia ,
Minorque mentis nullius gnarur rei est :
Animique vires corporisque destruit .
Vigilantis illa somnus, illa somnium .
Non dormientis, somniis feracius
Quæ sola vulgus esse somnia autumat .

Et offeruntur indies cuiuslibet.
 Imago vanæ vana quæ est imaginis;
 Stuporque tantum nescius discernere
 Quod est, & esse quod putat, cum sit nihil;
 Nimisque nunc quæ læta, nunc tristis nimis,
 Nimio tenetur odio, aut amat nimis,
 Et nunc abundat omnibus, nunc & caret,
 Opinione dives ac egens suā,
 Speratus nunc & quidlibet, nunc & timet,
 Spes magna sæpe, sæpe desperatio;
 Consuta tota rebus ex contrariis,
 Studiisq; & in se armata quæ contrariis.
 Vaporis illa nata quæ & fuliginis,
 Fuliginisque nulla quæ fumosior,
 Nigriorque & illâ quæ nigrescit. Äthiops,
 Ignesq; Nox jam quam minores deserunt.
 Rationis arx invaditur quæ perpetim,
 Intenta & uni mille res fingit sibi.
 Centaurus hujus est, trifauxque Cerberus,
 Impostus Ossæ Pelion, furens Gigas,
 Pigmae & agmen parvulo oppostum
 giuum,
 Et quidquid est ejusmodi delirii:
 Et Hercules, Orlandus ac Iberiæ,
 Ventosa quem gens ausa fingere est sibi,
 Haimonis & quot nobiles jam filii,
 Auctæque tot queis sunt priorum fabulæ.
 Mons parturit cui monstra, cui cœlum
 cadit,
 Terraque & esse non videtur destina:
 Frequentia in cui solitudo perplacet,
 Omni illa multò ut tutior frequentia;
 In solitudine esse cui frequentia
 Metu videtur, n̄lque tota quam metus,
 Terrorque tota, immanis & vesania,
 Mille officina, mille nugarum penus,
 Augetque quas sovetque quilibet dies
 Magis magisque, nescias consistere;
 Mendaciorum &, multa quorum millia,
 Et plura multò multa quam sunt millia,
 Queis biliosum tentat & vincit virum;

Portenta singens mira, queis par est nihil,
 Nihilque par Natura mater edidit.
 Hoc Candidatus iste jam monstrum domat,
 Et non domandâ, & Herculis qualis manu,
 Ingensque monstrum, informe, vix dormibile,
 Vix quam medentis nobili Othfari manu,
 Suisque totum id qui excutit cubilibus,
 Sortis minorem & esse sic manum jubet.
 Adversa quæ dat Sors secundis corrigit,
 Et quæ secunda, adversa per mox subruit,
 Noverca nunc, materque nunc & cuili-
 bet;
 Unumq; eidem semper haud os porrigit.
 Illud quod est Sors esse nunquam desinit;
 Sin esse, Sors est nulla jam mortalibus.
 Sortem obsequenter habet, sibi ille qui
 imperat,
 Non obsequenter, quisquis haud potens
 sui,
 Suive recto, creditit Sorti omnia.
 Iniquitate Sortis haud quodvis licet;
 Licet quod optimum, & probandum
 quod, velis.
 Non Sorte qui, virtute sed qui, dives est:
 Istâque major ulla non opulentia est.
 Ex hoste amicum, amico & hostem Sors
 facit.
 Ruina Sors semper male ascendentis est.
 Cosrois, alti Regis olim Persiæ,
 Late & potentis, aureis scriptum notis
 Leatum hoc tiara in nobilis fastigio est:
 MVLTI QVID ANNI, VITA QVID
 LONGÆVAQUE,
 PER MILLE TRACTA CASVVM
 DISCRIMINA,
 IRASQE MILLE MILLE SORTIS
 FLVCTVVM;
 CAPVT TIARA INSIGNE CALCA-
 BVNT PEDES
 VILISSIMORVM FATA POST MOR-
 TALIVM.

REGNVM QVE NOBIS TRADITVM A
MAJORIBVS
TRADEMVS IPSI POST FVTVR
RVM IN MANVS.
NASCVNTVR ILLA LEGE SORTIS
PRINCIPES;
NASCENTVR OMNES QUI FVTVRI
PRINCIPES.

Oleas vagari extra, una Sors est omnium.
Gratum tibi est quod, Sortis est fastidium.
Sors est timenda illi, nihil qui jam timet.
Injurâ ipsa vita Sortis displicet;
Melius mori multo est, male hic quam vi-
vere.

In cribro aqua, omnis Sortis indulgentia
est.

Sors est cavenda; cuncta Sortis diffidunt,
Plenusque rimæ est porrigit quem can-
tharus.

Immensa sunt largitur æquor quæ bona;
Non fida sed Sors ulla navigantibus;
In littore & portuque perdit quæ dedit.
Fingunt inanis consili monstrum sibi,
Superare qui se Sortis & versutias
Dolosque posse artesque & omnes autu-
mant.

Amicus est prehendit is qui dexteram
Deserti ab omni, Sors negat cui & omnia.
Non ulla lux est aviis mortalibus;
Caligo Sortis esse lucem non finit.
Est navigantis quale per motum mare
Iter molestum, expersque non discrimi-
num,

Caresne quæstus; littus in quod divitem
Salvumque, mersum & sæpe pellit navi-
tiam;

Per regna Sortis ambulantis & via est
Itusque talis; sæpe mollis & levis,
Gravisque scrupis sæpe & impeditus est,
Fessus viator & miser quo in deficit.

Libidini se Sortis, est permittere
Digitum gulæque faucibusque Scorpii.
Sors tympanum pulsat, tuba & taratan-
tara

Ubique Sortis personæ, Sors classicum

Canitque ubique. Sors movet bellum &
gerit,

Trochusque miles & satelles Sortis est,
Campusque pugnæ magna Sortis area.
Ex Sorte & omnis, omniumque est fer-
itus;

Pauperque nam qui est, dives & qui, ser-
vus est.

Est ille lapsus omnium gravissimus,
Cum Sors labantes impulit: nam injuria
Sortis labanti porrigit nullus manum.
Saxi unius turbatur haud jaclu mare;
Unoque & alteroque Sortis & gravi
Ietu haud movetur, seque & ipsa non
movet,

Sapientis est quæ pectoris constantia.
Quæcunque tandem oblata Sors est, dis-
plicet:

Opibus carentes omnibus, miseri fumus;
Virique ditis cura pectus exedit,
Noctu diuque cura semper anxia.
Adversa Sors, quamvis repulsa fortiter,
Tamen recurrat usque, more Parthico,
Fugiensque pugnat semper, & pugnans
fugit.

Invicta Sortis nulla dantur casibus;
Cuncta hæc domantem sæpe virtutem do-
mat.

Vt esse Solis lætius lumen solet
Iam jam cadentis, Sortis & blandæ favoz
Plerumque nobis major occidentis est.
Virtus repulsa nescia est quæ sordidæ,
Sortis repulsam sæpe passa injuriâ est;
Sorti illa, quamvis Sorte major, subdita
est.

Livore vel, vel odio, ignorantia aut,
Fit optima ut plerisque sint & vilia,
Contenta &; est hæc læva Sors & o-
mnium.

Vix id reddit, pellente Sorte quod fugit.
Epulasque Sors cum porrigit lautissimas,
Gemmata pocula, atque Setinum merum,
Cum melque, melle quidquid est & dul-
cius;

Cum

Cum muscus esse , cum Ambra & esse
creditur,

Aconita se tunc offerunt bibentibus.

Discedit & Sors semper , & semper reddit,
Amica sive , sive & adverfaria.

Quæcunque Sorti displacet virtus , scelus ,
Vitiumque virtus dicitur Sorti placens.

Gratissimum virtutis est consortium ,
Comeisque virtus & sodalis perplacet ,

Et sola virtus : Sorte cum negotii

Falsisque Sortis esse n̄ velim mihi ;

Est quidquid illa n̄ nisi est merum nihil:
Nil nos fumus ; sunt Sortis & n̄ omnia.

A Sorte victus , Sortis est injuriis

Solus solutus , solus haud obnoxius ;

Molli sed iste blanda quem fovit sinu ,

Placerque cui ridetque & indulgentia ,
Multis furentis Sortis ictibus patet .

Hæc Feriduni Regis est sententia ,
Persarum in aula Regis olim maximi ,

Aulæque fronti inscripta , si Sado fides ;
Sado , magistro nobili prudentiæ;

INFIDARES EST QVÆLIBET MORTALIBVS ,

INFIDA SORTIS PROPTER , ET DELIRIA:

RERVVM COLENDVS CONDITOR QVI
EST OMNIVM ,

RECTORQVE SOLVM LVMENT IN-
TVETVR HVNC

TENETQVE POSSIDETQVE PRO-
VIDENTIVM :

NAM SORTIS INNITI BONIS , A-
RVNDINI EST.

PERDITQVE SORS , ALITQVE SORS
ET OMNIA.

SI CASTA MENS SIT , PVRA SI SIT
CRIMINVM .

SOLIO IN SOLO VEL IN MORI ,
PARVM INTEREST.

Sors in recessu saltuum haud raro later ,
Ut dira tigris , nescientem quo opprimat
Et non caventem . Qualibet latro in via
est.

Mors Sortis ipsa obtemperat libidini ;

Ignavum ut evehat virum & , magnum
rapit .

Sors cæca quamvis , quamlibet diem
premit .

Sapienter amica est illa , quæ Sors hostis
est .

Violasque caltasque , atque spinarum
aspera ,

Pluviusque gignit , promit ac ut Iuppiter ,
Malique sic , bonique sic Sors est parens .

Bene ille qui malis , facit bonis male ;
Tamen ista , sola Sortis ista factio est .

Phœnixque cui , cuique & audax Arme-
nus ,

Syrusque cui Medusque , Parthus , Cap-
padox ,

Pluresque vieti ; cuius immodestiaæ
Par Orbis haud , & unus haud sufficerat ,

Pellæa proles , inclytum Macetum decus ,
Majorque jam spe , spe minorque jam
suâ ,

Dum concupiscit plura , quam ausa spes
fibi

Est polliceri prima , speque devorat
Speranda quæ sunt nemini mortalium ,

Et esse quidquid noscit , hoc cupit suum ,
Suum & manere nemini vult Principum ,

Ætatis ipso in flore raptus occidit ,
Potus veneno , perditus domestico &

Dolo suorum . Iniqua Sors Magno fuit ,
Infesta si sic , cur minor qui est non tremit ,

Mage sævientis Sortis impar iktibus ?
Epota Medo cum stupemus flumina ,

Tractamque signa ad militum insanam
manum ,

Servire Medo ut Graïa tellus disceret ,
Et imperatum ferre viatoris jugum ,

Re speque & omni perditâ exemplum
dedit ,

Sorti omnis impar quod cluat potentia ,
Potentiumque , & queis potentius nihil .

Sors castra castris , & ducem opponit
duci ,

Et militantem militanti strenue .

Adversa cuivis semper est Sortis manus,
Haud impigra illa, semper adversaria,
Haud unia, fida haud, multiplex Sortis
manus,

Ancepsq; quæjurata quæque nemini est.
Manifera non Sors; omnis est Sors lubrica;
Feritque Sors, servatque fœdus nemini.
A fronte, tergo à, Sortis est opponere
Sufflamen unum haud optimis conatibus.
Parare magna multus est labos sibi;
Evertere hæc sed, Sortis est brevis labos.
Amnesque nec, nec alta montium juga,
Rapidusque Phasis vel, vel asper Caucas-

sus,

Lacusque nec, nec saxa, nec quæ esse invia
Nobis putantur, Sortis excludunt metum,
Manuive Sortis: pervium huic est quidlibet;

Obstare Sortem quidlibet videt sibi.
Nullam esse virtuti inviam magnæ viam
Dum creditur, Sors inviam raro haud
facit.

Pacata cum videntur esse tempora,
Omni paratu armata Sors bellum movet,
Et clam palamque classicum passim canit.
Pacem esse noster dum putat Batavus sibi,
Ille inclitus qui pace nunc Iberiæ,
Post gesta sæcli bella pene totius,
Et bella multo quæ cruenta sanguine,
Amica quandam se moveret Britannia,
Et pace nobis semper illa nobilis,
Mari in quieto & excitat fluctus novos.
Fit Sorte Princeps sæpe civis viictima;
Civis cruenti viictima & fit Principis.
In Sorte vanâ quisquis est fiduciam,
Qui spemque ponit, ille desertor sui,
Et proditor, juratus hostis & sibi est.
Parere Sorti quisquis haud potest, perit;
Vis namque Sortis est inevitabilis.
Sorte haud favente prodigus laboris est,
Nullusq; frangit quem, fatigat aut labor.
Vis nosse Sortis ex Scythis imaginem,
Veramque Sorti haud discolorem imagi-

nem?

Pede illa destituta est, penna sunt manus;
Prendenda & alis ergo, ne mox avolet,
Reditura nūriquam, si favere jam velit,
Ridentis & præbere dulce suavum.

Legatione nobili quondam Scytha
Juveni illa talis picta Pellæo fuit.
Nil quam ferarum lustra sunt Sortis spe-

cus.

Et læva cum Ortum, & dextra cum Occasum tenet,
Sors certa tanti Principis tandem mori est.
Adversa Sors est, vota cum excedunt modum.

Invita blanda Sors teneri non potest.
Secunda Sortis luditur non alea
Semper, diurna sive pernox alea.
Sors ebrii ista est, ut sepulchrum sit sibi.
Per Sortis inconstantiam nihil sibi
Promittere aut negare cuiquam licet.
Ex melle Sors & felle mixta est quælibet.
Fit Sorte quivis ut viam ignotam terat.
Incerta Sortis cuncta sunt mortalibus.
Sors divitemq; pauperemque & impedit:
Qui dives auro est, perditisque moribus,
Non dives est; ast pauper est quisquis,
licet

Ab omnibus jam destitutus, dives est,
Piusque si sit, more si probo integer;
Quasvis habetque, possidetque quælibet
Opes. Sed hujus pulchritudo fordibus
Cænoque multo turpis & deformis est.
Adversa magnum Sortis haud frangunt
virum,

Ut mersa cæno gemma se non polluit.
Illustris esse Sortis est prosapiæ,
Sortisque tantum. Splendidis majoribus
Inersque degenerque raro haud gignitur,
Splendente ut igne ex nascitur vilis cinis.
Vacui instar est secunda quæ Sors tympani,

Clangore solo tota commendabilis.
Sors plurimorum stulta arat, non semi-

nat;

Iniqua multum seminat, metit nihil.

Cum

Cum Sorte luctari, manum inferre est sibi.
Rerum perito Sors iniqua semper est,
Nam est cum imperitis semper huic negotium.

Mens gnara rerum sit, perita casuum;
Semper futuræ Sortis ignorantia est.
Quicunque rebus utitur florentibus
Bene haud, faventi nescius Sorti obsequi,
Inobsequente reddit, infestam & sibi.
Sors parca sit, sit larga, parcit nemini,
Et larga nulli est. Quod dedit statim rapit.

Sors scæva quæ, quæ adversa, tota non nocet;

Ipsis medullam constat esse & ossibus.
Cum Sorte fas haud se favente extollere;
Cum non favente qui sapit non concidit.
Incerta quævis, cæca Sortis omnia:
Præstare quisquis creditur prudentia,
Est cæcus amplam qui gerit faciem manu.
Sors cum malis faver, bonis injuria est;
Et ista perpes Sortis est injuria,
Quæ major esse nulla, vel fingi potest;
Tamenque nulla se exhibit frequentior.
Amica Sors sit, non habenda sit fides;
Tibi esse amica cum videtur, hostis est.
Specie beatos Sors facit, re non facit.
Alii labore multo opes ut congerant,
Aliique nullo ut consequantur maximas,
Mortalium Sors omnium est & temporum.

Regens habenas nullus est Sortis suæ.
Sors sæpius plerisque quam virtus favet:
Ortu occidit subinde in, Occidentis in
Et surgit oris. Sortis exlex ortus est,
Occatus exlex. Nulla sit Sorti fides.
Loca omnia is qui circuit, qui flumina,
Montesq; & urbes, porrigenque se nemus
Ubique, qui marique clausas insulas,
Terraque multa ferre, multa & æquora,
Terræque multum dæsse, multum & æquori

Quivis videbit. Sortis hæc injuria est.
Remotus est quicunque natali à solo,

Sortem prementem sentit, ut sentit domi,
Gravius prementem & sentit, ac sentit domi.

Sors sæpe vieti est illa quæ victoris est.
Sors obstat ausis plurimorum ingentibus,
Modicisque & ausis. Nullus est Sorti inopus.

Algere, sudare &, patique quidlibet,
Brumamque & æstum, Sortis est mortarium.

Superbus ille pessimo longe est loco,
Qui Sorte pressos sæviente despici;
Nam presso eâdem nullus huic amicus est.

Incerta Sorte cuncta sunt præsentia;
Ventura quæ & sunt cuncta in incerto jacent.

Nil Sorte vivendi datum est iniquius;
Nam vita mortem longa nullius fugit.
Hujus diei, crastini an sint tempora
Addenda summa, Sorte in obscuro latet.
Est tempus omne Sortis; effluit cito,
Ruit, fugitque. Qui sapis, statim utere.
Injuriam Sortis manere per potest
Nihil. Nam edax Sors est. Vetus astabida
Saxumque ferrumque omne perdit temporum.

Homines ut ipsi, sic caducæ Sortis &
Humana quæ sunt. Occidunt & desinunt.
Sortem faventem ne colas. Falsa hæc nihil

Tandem relinquit, quo fuisse se probet:
Pretio in viris mansura sunt prudentibus.
Sortis reluctans optimo est temper manus,

Favensque pravis. Sortis hæc tyrannis est.
In Sorte tu repone nil fiduciæ;
Süb vultu eodem læta, non læta & latet.
Non una Sortis omnis inclemencia est.
Nucem esse cassam prodit ut pondus leve,
Sic falsum amicum Sortis inconstantia.
Sapientis est docere quosvis quidlibet;
Sapientis at Sors, quod doceri non ve-
lint.

Magnum ille se qui , Sortis haud videt
vices.

Bello à cavendum est. Sorti & armatam
manum,

Pugnumque ferto inferre , non pruden-
tis est.

Sorti haud secundæ quisquis est qui ira-
scitur,

Nocentiorem sic facit Sortem sibi ;

Hostis sibi est , hostem suum ille qui adju-
vat.

Potentiori ut , subjicit Sorti manum ,
Qui cautus. Est vis Sortis haud doma-
bilis.

Sorte haud ferente nulla vis est consilii ,
Ut nulla , vento non ferente , navitæ.

Vexatque despicique Sors & maximos :
Et nulla major Sortis est superbiâ.

Movenda sunt quæcunque sunt morta-
lium ;

Sortem movet nîl , sed movet Sors omnia.

Cautosque & incautosque Sors falsos ha-
bet.

Fraus tota Sors est , tota Sors dementia ,
Et impotens potentia , & delirium ,
Recreansque nunc , nunc terransque
somnia ,

Et vanior fallaciorque somnio.

Sors arma porrigit cui , hujus hostis est ;

Opibusque , liberalis offert quas , nocet .

Sit cæca quamvis Sors videntes decipit ,

Seroque falsum Sorte se falsus videret .

Fit Sorte sera ut sit Phrygum sapientia .

Nimium in reponit Sorte qui fiduciae ,

Severinensis hoc Roberti perlegat

Tumulo in legendum & , & legendum
posterioris :

ROBERTVS HAC SVB MOLE BEL-
LATOR CVBO ,

ROBERTVS , ILLE MARTIVS DVX

ITALVM:

GERENTE ME REM FORTIS A-
DRIA ET STETIT;

PEREMPTVS OMNEM ET ADRIÆ

STEM SVSTVLI.

GERMANVS INSOLENTER AVSVM
ME DEDIT
EXEMPLVM VT ESSEM POSTERIS.
NEPOS CAVE.

Sors omnium invadit bona , ut vacantia .

Dolos carere posse , vitæ & successib⁹s ,

Claret patetque Sortis ex injuria .

Excisa quondam militantis Græciae

Armis superba & Ilios , Roma & manu

Eversa pridem Barbararum gentium ,

In fidibus vix nota Roma jam suis ,

Sibique vix jam nota , nota vix suis ,

Semi & sepulta ferro aratri pervia

Ingentium ossa & Marte clarorum du-

cum ,

Prætoria & regum ruinosæ domus ,

Quæ pulvis infelixque nunc herba occu-

lit ,

Sepelitque surrecta vix unquam è situ ,

Sortis , struendi & destruendi quæ arti-

fex ,

Perdentes omnes , omnia ac , ut perdidit ,

Et perdituræ quidlibet , monumenta sunt ,

Majora sunt majoris haud quibus metus .

Meminisse nunquam Sortis , obliti sui est .

Ex Sorte pandit lata passim se area

Patetque curæ , dum timentur omnia

Timenda quæ , ventura quæ sint nesciis .

Telluris & quotcunque sunt , & æquoris ,

Nobisque plura & imminent pericula ,

Sunt cuncta Sortis : omnium Sors est pe-

nus .

Est rara vires temperat quæ Sors suas .

Adultera est Sors ; Sortis insanit procus .

Prohibente nullo & , & jubente nemine ,

Prohibetque Sors quidquid modo est vi-

sum , aut jubet .

Est paœta Sortis littore in nullo anchora .

Pelagoque cæloque & faventes cum vi-

des

Spirare ventos , ingruit vis protinus

Trux turbinum ut , procellarum & furor ;

Sic Sors & ipsa , læta cum ridet viro ,

Bonumq; plenâ quodlibet spargit manu ,

Mox

Mox promit iras, dona damnans & sua
Damnata perdit hostis implacabilis.
Non sponsor ullus, obses aut ullus datur,
Potest nec esse, pro bonâ Sortis fide.
Plerisque telis vulnus infertur suis;
Perire quos vult, sic jubet Sors plurimos,
Ipsunq; & armatum sibi opponit virum,
Sua fævientem in, sauciantem & viscera:
Indigniore nemo quo perit modo.
Jubentur ire cuncta quâ Sorte, huc eunt;
Cunctorum habena in unius Sortis manu
est.

Cui multa Sortis sunt data indulgentia,
A Sorte parte non potest unâ capi.
Domitæque Thebæ queis, bimembres
queis viri

Victaque fusque &c, nigrique regia
Pulsata Ditis, queisque non ausum nihil,
Illustre sanguen, inclytum Heröum ge-
nus,

Dedere vietas vinculis Sortis manus;
Dabuntque primi semper & mortalium,
Sicut priores. Sortis hæc constantia est:
Longus favor Sortis, brevis pœna est
mora.

Medicina Sortem noscere est suam mali.
Nocitura furto ut plurimum rem Sors
gerit:

Fraude est latente Sortis omnes fallere.
Sors justa magni causa semper est metus.
Sors est quietem quæ esse & alternam
haud finit:

Quæ strata Sorti, murice obfessa est via.
Orientis omnes undique acceptæ quæ
opæ,

Arabum & labores, quidquid Indo & gi-
gnitur,

Gignitque Ganges, magna Sortis præda
sunt.

Servire magnis sueta non Sors mentibus.
Quæcumque tandem, sit rubori nemini:
Quæcumque cuivis, semper &, Sors im-
minet.

Sit rara quod clementia & paucissimis,

Nil quam futuræ Sortis ignorantia est.
Spe majus est offerre Sortis & minus,
Metuque majus semper & metu minus.
Miserique nos, servique, clausique-hic
sumus

Sortis catena; Vita tantum carcer est.
Damnis levare damna sæpe Sors jubet.
Quibuslibet tentanda Fortuna est modis.
Quas Sors opes dat aureæ sunt compedes,
Boæque tantum quis ligantur divites.
Est Sortis, haud est Principis princeps
locus.

Est præda major sæpe quam prædantium,
Captique quam vincentis est major ma-
nus.

Non certa spes ex Sorte, non certus me-
tus:

Stare & cadentem, sidere & stantem ju-
bet.

Furente Sorte tuta nec timentilis
Fuga ulla, nec constantia est audacibus.
Ventrem nepotis cum vorare prædia,
Agrosque opesque avorum & jam gulæ
Prædam esse cum vides (& esse perpetim
Vides ubiqüè) & esse prædatrix manus
Non una Sortis, uno & haud rapax
modo

Esse, haud videri providenti non potest.
Delere cuncta quæ vetustas dicitur,
Dicenda non est. Sors nova, & semper
nova, &

Hoc ore nunquam visa, quo nunc cerni-
tur,

Vetusta cum novisque mutat omnia,
Semper futura & omnium mutatio.
Non imperitis casuum humanae rei,
Sortisque magna quæ impotentis omnia,
Quæ tutæ factis se probant pro insigni-
bus.

Vibrata Sortis quæ lacerto lancea est,
Fodit potentis transit & latus viri;
Cui comparata nobilis quæ Pelias
Celebratur hasta, cuspide ut defacta he-
bet,

Levisque tantum ad instar est arundinis,
Stramenq; nisu haud quod fere ullo frangit.

Sub Sorte victa qualibet cuiuslibet
Et fracta virtus visque jam pridem jacer;
Imbellis ipsa & inclyti Alcidæ manus,
Qua tot domante monstra , terrente
omnia &

Terrere nata , sola Sors major fuit.
Dextra rubente qualis infesti Lovis
Sese ira prodit, editasque maxime,
Iaculatur arcis , turriumque culmina ,
Nubesque quæ inter extulere jam caput ;
Talis furentis magna tempestatibus
Fortuna Sortis maxime est obnoxia ,
Patetque semper sœvientis ictibus.
Sors huic favet , latere quem iutum sinit.
Vibrare non & hastam acutæ cuspidis ,
Clypeo tueri & pectus haud septemplice ,
Galeamque pressâ sustinere non comâ ,
Armisque telo aut indui non perviis ,
Prodest juvatve , Sortis iratae impetus
Perire cùm vult , perdere & cupit virum.
Quæ læta Sortis esse vulgo judicant ,
Permixta nîl quam morsibus sunt basia .
Immitis est , undisque sœvior maris ,
Ferociorque turbine insano Noti .
Turbare cum Sors incipit,cumq; omnibus
Accincta ventis denegat portum rati .
Adversa Sortis fortiter ferenda sunt ;
Abeunte non colore , non & corpore ,
Lacrymis furentem & nemo communuit
fuis.

Est nulla Sortis blandulæ constantia ,
Amorque mox in tedium convertitur .
Est vana Sorti objecta contumacia ;
Viætasque tandem & ferreus præbet ma-
nus.

Uterum gerentis illa sœpe Sors fuit ,
Enixa sit crimenque ut , ac onus sibi .
Vidi vetustæ gentis ultimos mori ,
Unumque gentis funus esse totius .
Est Sortis illud ; pluriūm quæ imaginum
Ingentibusque & inclytas pridem domos

Meritisque fultas eruit radicitus ,
Nullis relictis posterūm vestigiis .

Fœcunda contra stirps suorum copia
Et fessa sœpe , exhausta multitudine & ,
Impar fatiscit . Sortis hic quoque est jo-
cuss.

Amore nîl est dulcius , præsentia &
Amantium nîl ; Sortis ast injuriâ
Locorum amantes dividunt divortia ,
Quamvisque amantes sic amare non si-
nunt ,

Volunt amare ut . Goesii testor fidem ,
(Meminisse nam omnium hic amantium
haud lubet)

Fidosque amores ; Goesii , quem publicæ
Rei vacantem Rhenus & nunc Amstela
Laudat probatque ; quique quidquid otii
Negotiis dispungit & pulcherrimis ,
Et profuturis postero laboribus :

Ablente quo jam , abesse jam videor mihi .
Animosque & iram , Sortem & ipsam
vincere est;

Qui haud viator illorum est , miser vietus
perit ,

Servitque Sorti servitutem perpetem .
Hilaritatis causa Sors est & modus ,
Mæroris est & causa cuivis ac modus ;
Modimperatrix rebus in mortalium .
Suprema , quemvis cui necesse est obsequi ,
Cræsumque & Irum ; cujus extra limi-
tes ,

Metasque nulli est integrum procedere ,
Mensura sola quæ geruntur omnium .
Non nota non est Sortis ulli injuria ,
Hac finienti vivere hoc , ut inchoat ;
Et vivere illud triste , triste illud mori & ;
Morique posse haud , cum velis tamen
mori ,

Finire vitam & , cum tamen nolis mori ,
Moriq; quo tu vis modo , aut etiam loco ,
Aut tempore , omne Sortis illud arbitri
est .

Omnis rigentis illa contumacia
Fastusque mentis , pressus adversariaæ

Sortis

Sortis furore sæpe quâ superbus est,
 Nil quam prementis majus est onus mali.
 Quo serius, plerumque Sors gravius ferit,
 Morosa longi ob temporis fastidia.
 Sunt cæca sæpe Sors facit quæ vulnera;
 Curanda nullâ prodeunt cum jam manu.
 A gente tota subditâ mortalium,
 (Ut tota subdita est) tributum Sors sibi
 Non æqua poscit, & negandum nemini.
 Infesta rebus scæva Sors ut omnibus,
 Infesta rebus maxime est majoribus.
 Clavâ trinodi sternit & Sors omnia,
 Cum vult eâdem hac & tuetur omnia.
 Reserata Sorti janua est omnis domus,
 Custos fidelis quamlibet custodiat;
 Custode pro se sæpe Sors & utitur.
 Aperta Sortis oscula, haud sunt odia.
 Nunc sœvit &, parcitque nunc Sors &
 viro,
 Ventosa vento quolibet ventosior.
 Fastus superbum haud, alta verba nec ju-
 vant,
 Sententiam cum adversa Sors pronun-
 ciat.
 Sorti omnium sese & sua est summittere;
 Regale & ipsum tenditur Sorti genu.
 Sortis nocentis mille dantur spicula;
 Nocere cum tibi haud potest, nocet tuis,
 Tuis nocere cum haud potest, nocet tibi.
 Amanda non Sors, quæ potest te sper-
 nere.
 Patiare Sorte quidquid evenit tibi,
 Nam dura Sortis sunt ferenda leniter.
 Sunt apta Sortis quælibet venatibus,
 Hoc orbe nostro in, totus is qui Regia
 Regnumque totus Sortis; est per fluctuum
 Eundum & æquor, & natandum imma-
 niūm;
 Quos inter & perire plures contigit;
 Quibusque luctari ex datum est paucissi-
 mis.
 Magistra rerum longa queis ætas fuit,
 Solis peritia est vicis studinum.
 Exæcta Sortis, casuumque & omnium.

Spatiofa longa vita Sortis area est.
 Sortem fidelem nemo promittat sibi,
 Cito illa, inexspectata & illa quæ sauet;
 Abitura nam est cito illa, quæ venit cito.
 Amore Sortis sæpe amatus læsus est;
 Præstatque amoris sæpe Sortis odium.
 Infesta semper blanda Sors est credulis;
 Non blanda semper, blanda cum videtur,
 est.
 Folii & ipsis vana Sors magis levis
 Est, cum illa succi destituta pondere,
 Levibusque ventis sicca facta concidunt;
 Minusque Sorti pondus est quam vertici
 Aristæ, adusta solibus quæ jam riget.
 Mandant arenæ sæpe stulti semina,
 Qui Sortis haud dum parta jam partis
 bonis
 Sibi comparare nesciit Sortis student.
 Subito parantur tela Sortis & nocent.
 Ab arte prudens artis & defensus est,
 Sors cum faventem dura non præbet ma-
 num.
 A Sorte læsi haud, Sorte qui non sauci,
 Vixere nulli. Huic omnium patet latus,
 Omne & patebit post futuris sœculis.
 Expertus annis ipse sumi puerilibus
 Infansque pene Sortis & deliria, &
 Magnos furores, Breda cum flos urbium,
 Dives bonorum cornucopia omnium,
 Cererisque Pomonæque nobile horreum,
 Dryadumque sedes, nulla quâ vel pul-
 chior
 Amæniorve in nobilis Brabantia
 Laudatur oris, clara Martis area,
 Fossisque castellisque cincta plurimis,
 Sola hostium quæ non domanda tunc
 manu,
 Ab hoste, ab & fame atque pestilentia
 Obsessa passim, Spinolæ vietas manus
 Dedit fatiscens, instar & cadaveris.
 Sors vincit &, triumfat & Sors omnia.
 Jæson aurata ille dives vellere,
 Ovis, esse magnas Sortis ostendit vices,
 Passæ haud manere quem beatum fecerat.

Sunt Sortis hæc quæ dona pæcta nemini ;
 Dolosa Sors est omissis & venefica.
 Incerta Sortis propter alternant fidem,
 Spes & timorque, resque quævis fluctuat.
 Fidesque pæcta, sancta jura & conjugi,
 Quibusque Juno pronuba adfuere, queis
 Hymenque fertis læta vinclitus tempora,
 Pietatis & sunt quæ jubentur legibus,
 Parentque Sortis atque cedunt jussui.
 Qui dives & rerumque non peritus est,
 Misér faventis Sortis est & pūsio,
 Setaque porcus aurea spectabilis.
 Sorti reniti non licet ; Sors quemlibet
 Vult quando, quo vis pellit ac trahit mo-
 do.
 Cum multa & æstas, cum cucurrit ac
 hyems,
 Hora una vitæ finis est mortalium,
 Momentum & unum est. Ista Sors est
 omnium.
 Vix Sors recurrit læta quæ fuit viro.
 Celatus alvo in matris est qui, vinclitus
 &,
 Omnique foetus luce cassus iurgia
 Sortis nocentis experitur & manus,
 Uteroque sœpe matris exspectus suæ
 Effertur illætabilem ad Ditis domum.
 Numerosa non si concidat Sorti hostia,
 Irata se, infesta, placari haud sinit.
 A Sorte, quæ exspectata nos, vulnus tu-
 lit
 Sæpe ille, Sörtis qui rudit fallaciæ est.
 Mutare velle Sortis incertæ vices,
 Cursumque, Lunam est velle cælo edu-
 cere, &
 Equos tenebris velle Solis abdere.
 Quorum superbis summa sceptris tradita,
 Quorumque ab alto iusta se promunt
 toro,
 Coguntque gentes, Sortis esse legibus
 Regnoq; & omnes cum videmus subditos
 Obnoxiosque, Sortis indomabilis
 Sit quanta in Orbe hoc constat hinc po-
 tentia.

Cajumque nam Cajamque, Sejumque, &
 manum
 Vilem nepotum Romuli, imbellem ma-
 nuin,
 Evertere ac prosternere est facillimum.
 Melioris ille qui anxia cupidine
 Sortis tenetur semper, & semet miser
 Votis fatigat opprimitque inanibus,
 Facienda poscit, quæque facta sunt fugit.
 Vix Sors habendum, sed videndum por-
 rigit
 Quidquid suorum falsa promit mune-
 rum;
 Tantum & videndum, quodque mox vi-
 sum haud vides.
 Non nota Sors est, nota Sors quæ est
 omnibus,
 Fallaxque nota, ignota sed fallaciis:
 Fidem dedit Sors cum & fecellit credu-
 lum, ut
 Iterumque fallat, alteram dabit fidem.
 Sors altâ ab arce quidlibet spectat sua,
 Mutatque ridetque & regitque quidlibet:
 Ridenda Sorte in omnis est fiducia.
 Sors excitare destinat cum incendium,
 Oblata ad instar sulfuris sunt omnia,
 Tedæq; ceratæ, læta tantum & ignium.
 Carere Sortis stultus haud faventia.
 Potest ; faventis nulla cuius est fides.
 Sortem qui amavit, pejus indies amat ;
 Amare Sortem nil nisi est se failere :
 Amare Sortis nam nihil quam fallere est
 A more Sors est dissidens nunquam suo,
 Mutanda nulli quæ omnium est mutatio.
 Lapisve vel, montesve, nata in rupibus
 Altisve robora, aut feroces quæ feræ,
 Genuere Sortem duram, inexorabilem,
 Prece illa nullâ flectit quæ se sinit.
 Meus ille pridem, Belga qui tot inclytus
 Terrâ & marique & inclytis victoriis,
 Thule ultima & quem, quemque Calpe,
 & aureus
 Timuere Ganges nuper admodum, Her-
 culis
 Timuere

Timuere metæ &c, dexterâ cum Heemskerckii,
 Semper canenda posteris quæ dextera,
 Optanda semper &c, superbæ Iberiæ
 Clausitque terruitque portus nobiles;
 Belga ille, Sortis invidæ inclemensia;
 Testata quamvis Orbi & innocentia,
 Sociorum & omnis odium certaminis,
 Bello illigatus, laesus ac, quod præferox
 Gens Angla movit, insolens jam cladibus
 Domi suorum, Sortis incertas vices
 Variisque casus experitur in mari,
 Marique, natam quo esse Sortem dixeris,
 Motu nec uno quæ moverit indies.
 Ferente Sorte haud, Æolo contrario,
 Obstantibusque est navigare fluctibus.
 Sors Diva vulgo est. Nullius nam gratia
 Prædeste Sortis absque gratia solet.
 Ventusque & unda Sorte certiora sunt.
 Ignarus omnis ille Sortis perfida est,
 A Sorte pœnas exigit qui perfida.
 Cum ramo olivæ oblata Sors insignis
 est,
 Præfertque pacem, sæpe clam bellum
 moverit,
 Quod Pace tectum quolibet magis no-
 cetur,
 Agnoscere haud, cavere dum hostem non
 licet..
 Crux vita sæpe est: perdit & crudelius
 Vitâ manente sæpe Sors, quam funere.
 Aperta tantum hand, tecta Sortis tela
 sunt
 Dolisque fraudibusque, quis frequentius
 Nihil, nihilque quis datur nocentius.
 Pessumdat & Sors maximos & infimos.
 Regina quondam nobilis Carthaginis,
 Phrygiâque Dido fraude compulsa est
 mori;
 Dolisque mille perdidit Sors principes
 Regesque mille, Marte non domabiles.
 Dolosa raro haud duplicitis Sortis facit,
 Ferrata quod non ipsa Bellonæ manus.
 Caloque terraque & marique fulmina

Emitit, est cum irata jam Sors gentibus,
 Titulo illa clavis nobilis Sors omnium.
 Ætate non sexuque non imbellibus
 Dura illa parcit. Versa Troja testis est,
 Terrensque testis, traditis si sit fides;
 Fessi nec annis languor Anchisæ senis,
 Priamusq; nec senex, nec Aescanius puer,
 Priamive conjux illa quondam nobilis,
 Nec Di penates, legerat quos Tros sibi,
 Potuere declinare perdentes manum,
 Cohibetque nemo, nemo quam vincit
 suâ.
 Servasse Sors cum visa, servavit malis
 Alijs &c, & majoribus malis, virum:
 Charybdis haud cum, sæpe Scylla navi-
 tam,
 Erepta flammis sæpe & unda perdidit.
 Sors isdem oberrat casibus quovis loco.
 Tori & lacerti queis nihil valentius,
 Valentiores nec fuerunt Herculis,
 Non ferre possunt Sortis indulgentiam;
 Magnum illa frangit, illa & enervat vi-
 rum.
 Septentrionis inclyta illa natio:
 Lateque pollens nobilis Poloniæ,
 Terrore Portæ & illa quæ Othomannicæ
 Spoliisque raptis Bosphoro de Turcico.
 Insignis Orbi est, jam rebellis perfido
 Ausu Cosaci pace damnatâ domi,
 (Adversa semper prosperis ut objicit
 Misericorde Sortis inquietus mutatio)
 Fædo suorum ambusta nunc incendio est.
 Est versipelli subditus Sorti minus,
 Avita bobus rura qui exercet suis,
 Pacata semper rura, solitudines
 Mens quis sibi in corpuseque cum volunt
 vacant,
 Quantum voluntque, coque quo volunt
 modo.
 Hugeniani prædii titulus monet,
 Cupido quietis ipsa quod struxit Quies,
 In prædio Aulam nobilem esse. A U L A
 F U G A M,
 Hagana cui ipsa cum superbis molibus,

Cum turribusque, mille cum discursibus
Ineptientiumque passim & supplicum,
Falsorum & omnium, omnium & fallen-
tium,

Omni & paratu nobilis vesaniæ
Pupaque & omni, tota se non præferat.
Rara illa dictat, magna dictat quælibet
In otio non otiosis mentibus.

Brumâque terras per, per æquor septimâ
Tractusque fessusque incliti Æneæ labos,
Aras focosque dum suorum deserit,
Patriasque sedes cogitur relinquere,
Aliena & exul regna passim quærere;

Humusque duro pressa Teucro Punica;
Duroque Juli ab nobilis mater viro
Relicta quondam; adulteri vestigia
Lucretiæque foeda nobili in toro;
Sibique se quæ vitimam Lucretia

Suo & pudori, læsa jam libidine
Et vi superbâ, nec ferendâ Tarquini

Maestavit olim; Romulique mœnia
Madefacta Remi prima fratrī sanguine;
Romæque fata Albæque fata & inclytæ,
Quæ bis trium permissa jam certamini
Favere Romæ; & ille clangor anseris
Servator Arcis, quæ fuit rerum caput
Regina & Orbis; nobiles Fabii, dies
Objecit hosti & una quos omnes dies
Cecidit una &, & trecentos perdidit;
Vitorque Pœnus, vîctus & Pœnus manu,
Carthago summi & æmula illa quæ im-

peri,

Carthago Roma lenta visa cedere,
Vincenda ferro, & pluriū annorum labor,
Excisa ferro &, funditusque subruta,
Ingente Roma quidquid & farragine
Rerum legendum posteris quondam de-
dit,

Dedit stupendum &, clade seu, vîctoria
Insigne seu sit nobili; simillima
Aliisque quondam oblata quæ sunt gen-
tibus,

Nuperque quæ sunt, versipellis omnia
Monumenta Sortis, & vicissitudinum

Documenta Sortis omnibus sunt poste-
ris.

Bene vix, favere quæ videtur, Sors facit,
Quin magnum iniqua ab jam paratum
sit malum.

Septulta fama plurimorum, nomina
Scripsisse in Albo debuit quorum suo
Et tradidisse posteris Æternitas,
Exempla ut essent exprimenda posteris,
Æterna Sortis invidæ est injuria.

Sors signa fatis edidit mortalium,
Diversa semper, plurimi quæ negligunt,
Nec negligenda signa quæ prudentibus.
Adversa quæ, quæ blanda Sors, vel mur-
mure

Suberbiâ vel læsa, pñnas exigit.
Gravis imperata à Sorte multis sarcina
est,

Quam ferre qui haud vult, alteram im-
ponit sibi:

Culpâ ipse factus bajulus major suâ,
Magis magisque semper & gravis sibi.
Extremum in &, vitæque & in novissima
Mansitque cuivis, & manebit omnibus
Sortis rebellis nota quæ protervia est.

Patriam relinquere, exilî errorem ac agi,
Duras sequente & hoste compelli in vias,
Tandemque terris applicari incognitis,
Omnis diei triste nunc spectaculum est,
Adversa dum Sors vendicat quidvis sibi,
Suisque quemvis nobilem facit malis.

Urbesque lateque & patentium urbium
Fixisse mœnia haud juvat, Sors cum in-
gruit

Referata sunt cui clausa quæ sunt omnia.
Pacata Sors non; bella dum passim tu-
ment

Terrâ marique; bella Sorti perplacent;
Regnum furenti & bella sunt amplissi-
mum.

Sorti placet quæ, mille amatur à procis;
Sorti placet quæ haud, mille non procis
placet;

Placere Sorti nunc placere est omnibus.
Sunt

Sunt parva semper blanda Sortis tempora:

Obstantis at plerumque longiora sunt,
Vix illa sero lueta quæ mitescere.

Justos piosque vinculis gravioribus
Contra piñumque jusque Sors clausos tenet,

Clausamque & ipsam ergastulo Innocentiam;

Viamque latam pessumi sternit viri
Aperitque planam perditæ libidini.
Sinuosa mille vela, mille non rates,
Jam persequentis Sortis effugient manus.

Ex Sorte nemo quod lubet legit sibi;
Sors cuncta dat, non datque pro lubidine.
Obesse quisquis fidus adversum sibi
Queritur doletque, nescius causæ mali
Sorti, imputanda quæ mala, astris impunitat.

Nocitura cum Sors, ignis ad torrem venit.

Plures cothurnis Herculis Sors induit,
Pedibusque lapsum destinat minoribus.
Crassisque Pompejosque, & illum qui
sua ad

Duxit Quirites flagra, fæde perdidit
Summus petitus arte non ullâ locus.

Series laborum immensa quem haud frēgit virum,

Momento in uno Sortis irâ concidit;
Exempla magni est inter Alcidæ metus:
Pace ille terras, ille pace cum æquora,
Meritisque utramque Solis impleisset domum,

Et cuncta vi jam terruisset vindice,
Fessoque Atlante & ipse fulcisset polum,
Cumque ipsa Juno, cumque Stheneleïus
Fregisset hostis haud, amore perditus

Sorti nocenti iussus est succumbere.

Obscura Sortis cuncta sunt molimina;
Timorque spe ut, spes timore disperit.

Qualis Tonantis uxor & germanaque
Mutatur ore semper, haud similis sibi

Sibive constans; talis & Sors omnium.
Novisque promit condit & se vultibus.
Dives malorum, cladis & Sors dives est;
Cumulat priora semper & malis novis.
Bene incipit Sors quæ, male illa desinit.
Plerumque; cedunt ultima & prioribus.
Temerata quæ Auge est abditis in vallis
bus,

Formosa quondam turbaque & Teuthantidum;

Æqualis haud est jurgium quod conjugi,
Majore pressa nupta conjugæ & minor,
Caiâ maritus pressus & minor suâ,
Et triste semper conjugum divertium,
Venerisque spreta præmia, & pulsâ toro
Dii conjugales, quoque juravit Deos
Fides amatum, nota Sortis ausa sunt,
Et nota pridem, & sæculis prioribus.
Culpare Sortis expeditum injuriam est,
Non expeditum injuriam est avertere.
Venis inquis actus esse cum putat
Se sospitem salvumque tandem & in sinu
Gremioque portus, sæpe securum opprimit,

Nihil timentem &, mobilis Sortis furor,
Intuta quo sunt illa quæ tutissima.
Sceleratus est qui & integrum vitæ vivum,

Scelerisque purum sæpe vincit, & sibi
Substernit unâ Sortis adiutus manu,
Libenter illa militat quæ criminis,
Penaque præfert optimis dignissimos,
Impensiusque iram merentes diligit.
Plerumque Sorti est ira non furor brevis.
Pari in pares haud ulla vis est imperi:
Sunt qui imperant, quique obsequuntur
disparis;

Turbare quidvis, ordinem hunc confundere est;

Turbare rarum at Sortis haud molimen est.

Sors umbra tantum est, quæ volentein
prendere

Fugitque deseritque, & umbrâ vanior.


Inop-


Inopsque & exspes Sorte fit ditissimus,
Inops bonorum dives & pœunia:;
Variare semper duplicitis nain hæc Sortis
est.
Quæstum amicum sæpe diu , non inve-
nis ;
Inventum amicum sæpe diu non possi-
des ;
Amicus hostem sæpe se opponit tibi ,
Tuorum amicus & satelles hostium :
Accepta Sortis hæc ferenda sunt jocis.
Favens cum amatur Sors , amatuer & ni-
mis :
Amica Sors sit, sed tu amicam non putas;
Non est amica hæc, esse quæ mox definit.
Ætatis & lascivieptis impetus ,
Laborque adultæ , desinentis & tremor
Inersque torpor, vita Sorsq; est omnium.
Rugosa frons, albensque jam canis caput,
Frigusque circum sanguinis præcordia ,
Et crastæ temporum priorum oblivio ,
Fugiensque vox & , fugit ut Mærin senem
Vox ipsa quondam , truncus hausti cor-
poris ,
Vivum & cadaver, Sors senectæ est cuili-
ber.


Discrimina & , casusque rerum & , & vi-
ces ,
Quæ Sortis excitantur insolentiâ ,
Numerare quævis ipsa Sors non quive-
rit.
Vale ergo Sors, & res tuas habe tibi ,
Tuasque , nulli quas manere tu. sinis ;
Sors dura, iniqua Sors, & illætabilis ,
Hominum noverca præfrox profapiæ ,
Tantum veneni plena, tantum toxicum ,
Et larva tantum, totaque & fallacia ,
Et tanta fallat omnium ut fallaciam ,
Cujusque præda quilibet fit cassibus ,
Et nata fraudis , fraudis & tantum pa-
rens ,
Inimica Sors & omnium , & mutatio ,
Magistra falsi semper & mendacii ,
Scelerumque larga & omnium nutricu-
la ,
Aliisque tigris perfida ac ipsi tibi ,
Infame monstrum, totius quæ circulum ,
Perambulasque & Orbis, atque territas ,
Voraxq; Scylla & , & Charybdis omnium ,
Inimica semper : cum dedisti quidlibet ,
Nihil dedisti , splendidum præter nihil ,
Nihil ipsa semper, tota nil præter nihil.

B. O X H O R N I U S

F I N I S.







Wood art
MS

